



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


751gh

UC-NRLF



\$B 13 828

M61



LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

GIFT OF

Berlin Univ.

Class

751g.h

M 61



Digitized by Google









# **De Aristoxeni Pythagoricis Sententiis et Vita Pythagorica.**

---

## **Dissertatio inauguralis**

**quam**

**ad summos in philosophia henores impetrandos**

**consensu et auctoritate**

**amplissimi philosophorum ordinis**

**in**

**Alma Litterarum Universitate Friderica Guilelma Berolinensi**

**scripsit**

**Joannes Mewaldt**

**Posnanius.**



Promotio sollemnis habebitur: 23. Juli 1904.

**De dissertatione judicarunt:**  
**Hermannus Diels,**  
**Udalricus de Wilamowitz-Möllendorff.**

**Typis expressit R. Wagner iun. Vimariensis.**


**Parentibus Optumis**

**diem XXII. mensis Julii anni MCMIV**

**festum agentibus**

S.





## De Antonio et Laertio.

### 1.

Duo sunt excerpta in vita Pythagorae a Porphyrio conscripta quae Diogenis esse cuiusdam dicuntur. Quorum prius quod § 10 initio incipit exquisitam habet libri inscriptionem *Διογένους ἐν τοῖς ὑπὲρ Θούλην ἀπίστοις*, posterius, § 32ss, auctoris nudum ponit nomen *Διογένης*, tamquam notum sit legentibus. Unde unum eundemque et librum et scriptorem utroque monstrari loco necesse est colligat mens non praeoccupata. Prius autem quod dixi Diogenis fragmentum paragraphis Porphyrii 10 ad 14 comprehendi non est quod multis confirmetur; posterioris fines nec facile nec breviter constitui possunt. Quousque enim excurrit? Usque ad vocem § 36 *ἀπαλωτάτοις* progressi nulla difficultate vexamus: deinde varii subnascuntur scrupuli. *'Εβονθύτησεν δέ ποτε*, narrare pergit Porphyrius, *σταίτινον, ᾧ φασι βοῦν οἱ ἀκριβεστεροι, ἐξενρῶν τοῦ δρθογνίου τὸν ὑποτείνονταν ἵσον δυναμένην ταῖς περιεχούσαις*. Haecine quoque Diogenis sunt? Nego quia quae hic concessit perpetuum illustrant rationum et institutorum usum, illic res semel facta prescribitur. Ne § 35 quidem conferri licet propter *ἔγασκε*. Nihilominus, cum Porphyrio inserere licuerit frustula quae vellet addere aliunde petita, nihil videtur impedire quominus post ista narrare alter pergere credatur. At valde inter se differre eius quae sequatur disputationis docebo partes.

Genera praceptorum duo nos esse cognituros exspectamus, ubi audivimus extreum § 36 enuntiatum *ὅσα γε*

μὴν τοῖς προσιοῦσι διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς ἢ συμβολικῶς παρήνει. Ac re vera in duas ea quae succedunt divisa sunt partes, quarum superiore quid fuse philosophus monuerit exponi ex aperta rerum simplicitate discas, inferiori ne quid dubitationis relinquatur haec praefiguntur § 41 med. ἔλεγε δέ τινα καὶ μνησικῷ τρόπῳ συμβολικῶς. Illa igitur comprehen-dit §§ 38 ad 41 med., haec §§ inde ab 41 med. usque ad 45. Quis utriusque auctor fuerit quaerendum.

Erv. Rohde (Griech. Rom.<sup>2</sup> p. 274 n) Diogeni neutram concessit, argumentum quia non caderet in consilium scriptoris eius qui Pythagorae τὴν καθ' ἡμέραν διαγωγὴν — vid. § 32 — depingere sibi proposuisset. At virum doctum fugit Diogenis ipsius enuntiatum primum § 32 in. ἀπασι μὲν παρηγγύα φιλοτιμίαν φεύγειν καὶ φιλοδοξίαν, ὥπερ μάλιστα φθόνον ἐφάγεσθαι, ἐκτρέπεσθαι δὲ τὰς μετὰ τῶν πολλῶν δυσίας et forma et argumento accuratissime con-gruere cum praeceptis eis quae inde a § 38 proferantur; sicut enim illic παραινέσεις duae subiectae sunt verbo παρηγγύα, ita hic saepius legitur παρήνει, § 38, 39, 41, se-mel alterum ipsum in § 40. Alia igitur procedendum via videtur, qua diiudicatuos esse causam nos speremus.

Sanequam multifariae originis sunt §§ 41 med. ad 45, licet unus videatur Aristoteles auctor dici § 41. De § 42 diu lis fuerat, cum nuper C. Hoelk Androcydem personatum<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Quam brevissime adnotabo cur cum Freudenthalio (Pauly — W. R. E. I p. 2150) qui Pythagoreum illum credidit Tryphone grammatico certe vetustiorem dissentiam. Duo distinguendi sunt illius nominis viri quorum alter, qui de symbolis Pythagoricis scripsisse fertur a Tryphone περὶ τρόπων III p. 193 s Sp., Theol. Arithm. p. 40 A. alibi, (cf. Hölk p. 40), Pythagoreus appellatur, alter medicus qui de cavenda ebrietate scripsit secundum Theophrasti de hist. pl. IV 16, 6 et Clearchi Solensis apud Athenaeum VI p. 258 B testimonia. Hic autem, qui ex more saeculi quarti medicorum ionica dialecto usus esse facile creditur (v. Hölk p. 43), non diversus fuisse videtur ab eo qui ad Alexandrum Magnum de ebrietate scripsit; cf. Plin. Nat. hist. XIV 5, 58. Nam epistulam quidem ab eo regi esse missam e Plinii verbis („quod A. sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit“) non recte ille conclusit p. 42. Medici et nomen et

cuius libelli vestigia indagavit (de symb. Pyth. p. 50) supremum fuisse auctorem demonstravit. — Extremum § 43 praeceptum ἵσα δὲ κνάμων παρήνει ἀπέχεσθαι καθάπερ ἀνθρωπίνων σαρκῶν quibus rationibus ductus philosophus dederit paragrapho 44 investigatur. Causa autem postquam his elata verbis est ιστοροῦσι δὲ αἰτὸν ἀπαγορεῖεν τὸ τοιοῦτο ὅτι τῆς πρώτης τῶν ὄλων ἀρχῆς καὶ γενέσεως ταφαττομένης καὶ πολλῶν ἄμα συνηγεγμένων . . . τότε δὴ ἀπὸ τῆς αὐτῆς σηπεδόνος ἀνθρώπους συστῆναι καὶ κύαμον βλαστῆσαι duobus deinceps confirmatur exemplis. Quorum altero fabam dentibus contritam et soli expositam sanguinem (v. adn. 1) redolere humandum, altero indicatur ex eiusdem flore qui fictili vase inclusus terra operiatur nonaginta diebus aut caput infantis nasci aut naturam mulieris. Aristoteles quidem prorsus diversas attulerat causas; vid. Diog. Laert. VIII 34 φησὶν Ἀριστοτέλης περὶ κνάμων παφαγγέλλειν αὐτὸν ἀπέχεσθαι τῶν κνάμων ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὄμοιοι ἢ ὅτι Ἀιδον πύλαις. ὅγονατον γὰρ μόνον. ἢ ὅτι φθείρει τὸ τῆς ὄλων φύσει ὄμοιον ἢ ὅτι ὀλιγαρχικόν. κληροῦνται γοῦν αὐτοῖς. Quo maiore fide, cf. Rohdii l.l., dignus est is qui, cum eadem quae Porphyrius l.l. scribit, non Aristotelem sed Antonium Diogenem testem appellat Ioannes Lydus de mens. IV 42 W. Διογένης ἐν τρισκαιδεκάτῃ ἀπίστων ταῦτα φησιν κτέ.<sup>1)</sup> Cum

---

dialectum mutuatus est Pythagoreus ille. Qui cum Aristoxeni Pythagorei ultimi libros imitatus sit (cf. Hölk p. 47), non potest nisi a falsario esse procreatus. Nam praeterea ut Aristoxeni Hippoboti Neanthis in Theol. Arithm. l. l. societate gratiae nostrae commendatur (vid. Freudenthal l. l.), ita suspectus esse debet Eubulides quoque qui ibidem excitatur.

<sup>1)</sup> Nauckius quidem cum dicat p. 41, 2—14 adn. „ἀπὸ τῆς αἰδοῖον tamquam (!) Diogenis verba affert Joannes Lydus“, e Porphyrio, non ex Antonio ipso cognovisse eum doctrinam mirabilem videtur significare. Haud recte. Nam unde libri numerum, ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ, Joannes petivit? Mirum sane, quod hic (p. 100, 6 W.) cum Porphyrio (p. 41, 7) tradidit φόνον, apud Hippolytum Ref. haer. p. 12, 76 G. γύνου legitur. Sed illud haud dubie Antonius scripsérat; vide quo exeant eius verba apud Joann. p. 100, 17 ὅτι δὲ κύαμος ἀπὸ τοῦ αἴματος (pro quo supra dixerat φόνον) εὑρηται, δυνατὸν τῇ πειρᾳ παραλαβεῖν.

enim l. III c. 5 hunc scriptorem ab illo lectum esse arguatur, vix addere opus est quam bene congruat cum Porphyrii §§ 32ss verbosus iste ac paene garrulus paragraphi 44 sermo, quam sit diversus a brevitate §§ 41 ext. 43. 45. — Tres enim has quae supersunt re vera Aristoteli deberi demonstratur facile. Paragraphi 45 ἀπέχεσθαι δὲ καὶ τὰν ἄλλων παρηγένεται, οἷον μήτρας τε καὶ τριγλίδος ad Θαλασσιῶν ἀπάντων nomine eius signantur a Laertio l. VIII 19. Quacum res et oratio paragraphi 43 ubi conferuntur, eundem manifestum fit utriusque esse auctorem.

Suum cuique reddidimus §§ 41 med. ad 45 dissectis. Et altera quidem haec fuerat particula. Quis vero caput alterum, §§ 38 ad 41 med. primus composuerit dicamus breviter. Apparuit enim fere iam antea haud recte Rohdium vetuisse eas tribui Antonio, cum quanta similitudo inter § 32 παρηγγία φιλοτιμίαν φείγεται intercedat et praceptorum § 38 ss formam supra dictum sit.

Jam instat gravissimum. Utriusque enim partis § 38 ss cum auctores sint reperti, num ab Antonio Porphyrius etiam inferiorem acceperit enucleandum. § 41 med. testis excitatur Aristoteles. Itaque si quae eius esse dicuntur ea quoque tribueremus scripto Diogenis, auctorem statueremus illum appellatum esse earum rerum, quarum fabulator non modo alium, sed etiam multo vetustiorem testem induxerat. Dercyllis enim ea quae ad Pythagoram spectarent audisse se apud illum scriptorem dixit ex Astraeo (cf. Phot. bibl. cod. 166 p. 109 b 13 ss Bekk.; Erot. ed. Herch. I p. 234, 10), quem philosophi ipsius discipulum Porphyrius § 10 ad 14 Diogenis commenta secutus appellat. At scriptores Antonius nominavit. Jubeor enim legere p. 111 a Bekk. § 11 H. προτάττει δὲ καὶ ἐκάστου βιβλίου τὸν δῆμός οἱ τὰ τουαῖτα προαπεφύγαντο, ὡς μὴ δοκῆ μαρτυρίας χρησίεν τὰ ἄπιστα. Sed primum non in media expositione eos excitavit; deinde illuc quidem nihil nisi τὰ ἄπιστα per eos confirmavisse fertur. In quibus noctis septentrionalis portenta, non praecpta ducas quae Aristoteli illuc adscribantur. Persuasum

igitur habeo ad Porphyrium ea venisse non Antonio suppeditante. Quid? quod, hoc si verum est, facillime intellegitur cur § 44 verbis *ἰστοροῦσι δ’ αὐτὸν ἀπαγορείειν τὸ τοιοῦτο* novum a se induci testem ille confiteatur. Nam si superiora eidem debuisse, non magis hic quam § 42 in. opus erat ut quae cuiusque essent anxie discernerentur.

Peracta est quaestio. Nam ubi Aristotelica in libro Antonii non fuisse demonstratum est, ne § 36 quidem extrema verba *ὅσα γε μὴν κτέ.* usque ad *συμβολικῶς παρήνει*, quippe quae praefixa sint ut etiam illorum introitum parent, huic danda sunt sed Porphyrio qui duo altera capita corpori paragraphorum 32 ss ad 36 *ἀπαλωτάτοις* adiungenda isto modo conexuerit. Idem sententia § 37 *διττὸν γὰρ ήν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὶ σχῆμα. καὶ τῶν προσιέντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο μαθηματικοί, οἱ δ’ ἀκονσματικοί* eis, quae aetate eius celeberrima et commodissima fuit — cf. Jambl. Vit. Pyth. § 81, 82. Idem de comm. math. sc. c. 25 in. Idem apud Stob. Ecl. I 49, 32 p. 364 W; Clem. Alex. Str. V 59 p. 681 P. — ista explicavit et confirmavit.

Duos igitur Porphyrius adiit thesauros unde vitae paragraphos 32 ad 45 opibus raptis impleret, librum Antonii et scriptum id e quo Aristotelica et Androcydea recepit. Missis reliquis mente teneamus excerpta Antoniana § 32 ad 36 med. et 38 ad 41 medium.

## 2.

Fide dignissima dicit Diogenes Laertius VIII 36 *καὶ ταῦτα μέν φησιν ὁ Ἀλέξανδρος ἐν τοῖς Πυθαγορικοῖς ἵπομνήμασιν εὑρηκέναι καὶ τὰ ἐκείνων ἔχόμενα ὁ Ἀριστοτέλης.* Et regressis inferius huius occurrit nomen ineunte § 34 φησὶ δὲ Ἀριστοτέλης περὶ κυάμων κτέ, superius in § 24 illius φησὶ δὲ ὁ Ἀλέξανδρος ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διαδοχαῖς καὶ ταῦτα εὑρηκέναι ἐν Πυθαγορικοῖς ὑπομνήμασιν. Ergo §§ 34 ad 36 et 24 extr. ad 33 inter certos possunt homines distribui.

Ex vocibus illis *καὶ ταῦτα* § 24 cum colligere minime liceat iterum inde regressos mansuros esse nos in

campo Alexandri, plane novam subimus nunc quaestionem paragraphorum 17ss ad 24 originem structuramque rimaturi. Ac §§ 17 et 18 quidem, quae verbis § 18 extr. καὶ τὰ ἄλλα πρὸς ταῦτα λοιπόν ἔστιν ἐκλαμβάνειν, ἵνα μὴ παρέλκωμεν dilucide secernuntur ab insequentibus, simul cum eis quae paulo antea conspeximus mittamus aliud molientes.

Jam si eas quae restant tamquam purgare studemus additamentis atque ita dissecare, ut quae cohaereant a particulis reliquis seiungantur, primum verba § 21 φῆσὶ δὲ Ιερῶνυμος ad exeuntem statim animadvertisimus ineptissimo esse loco inculcata. Porro neglegentissime superioribus adspersa sunt paragraphi 20 ὅ γε μην Ἀριστόξενος πάντα μὲν τὰλλα συγχωρεῖν αὐτὸν ἐσθίειν ἔμψυχα, μόνων δὲ αὐτὸν ἀπέχεσθαι ἀροτῆρος βοὸς καὶ κριοῦ. Nam cum haec sententia variae lectionis instar adiungatur, nonne quid edere saltem liceret quid non praeceptum esse ducamus eis quae antecedant? Sed argumenti huius loco apparent θνσίαις τε ἐχρῆτο δημιύρχοις. Aperta est hominis nesciocuius socordia. Attendatur enim velim futurum non fuisse ut iterarentur quae Themistoclea Delphica docuisset, cf. § 8, nisi in frustulo illo, quod e Favorini libris Laertius adsciverit, cohaesissent. Denique breviter loquar de duobus enuntiatis quae non modo ea de causa eidem simul prodenda sunt sorti, quod a propinquis diversa sunt, sed etiam quod altero alterum aliquando exceptum esse concedatur necesse est. Neque cum inferioribus congruunt — id quod vel Rohdium fugit — § 19 in. παντὸς δὲ μᾶλλον ἀπηγόρευε μήτ' ἐρνθῖνον ἐσθίειν κτέ. ad ἐνίοτε; nam his praecpta quaedam offeruntur discipulis a philosopho imposita, illis αὐτὸν δὲ ἀρετοῦται κτλ. definite de Pythagorae unius refertur ratione vivendi neque mentio fit sectatorum. Neque alterum cum ipsis quidem superioribus coniungi potest fragmentum § 24 τῶν δὲ κυάμων ἀπέχεσθαι κτλ.; nam si ab illorum auctore profecta essent, prope verba § 23 φεύγειν σαρκῶν πλεονασμόν, quae recte ab editoribus versa sunt Latine fugiendam carnis superfluam pinguetudinem, fuissent collocanda; praeterea

nuda ibi numerantur praecepta, non redduntur consilii rationes.

Duae igitur exsectae sunt compagines, quarum altera § 19 αὐτὸν δ' ἀρχεῖσθαι ad 20 ἀρνάσν Pythagorae ipsius depingitur victus, altera § 22 in. ad 24 χάριν ἔχειν praecepta comprehenduntur discipulis data.

3.

Magna similitudine insignia esse Antonii et Laertii capita quae tractavi Zellerus tom. I<sup>4</sup> 1876 p. 430 n. 2 breviter dixit, Dielesius imprimis (Archiv III p. 457 ss) plenius exposuit. Novum et quod in hac quidem quaestione plurimum valet inveni hoc: duae sunt apud Antonium sententiarum congestarum formae inter se diversae eadem, quarum discrimine Laertii duo illa corpora distingui modo dixi. Altero in capite, Porph. §§ 32 ad 36; cf. Laert. §§ 19 et 20, de Pythagora verba fiunt uno, in altero, §§ 38 ad 41; cf. Laert. §§ 22 ad 24, discipulorum ratio ducitur instituendorum. Quod et ipsum contendeo de unius scriptoris, qui utriusque Diogenis exemplum fuit, institutum esse consilio, cum quae obstant singula per pauca facile perspiciatur ab illis esse mutata. Neque enim magni quidem momenti est, quod Antonius primum paragraphi 32 praceptum a ceteris, § 38 ss, separavit, quod Laertium inveniemus alterius capititis ordinem invertisse. Multo gravius existimandum est quod neuter omnia e communi fonte arripuit. Quanta qualiaque spreta sint nulla potest alia via comperiri nisi restituto auctoris quem secuti sunt sententiarum filo. Initium autem corpusculi superioris cum unus Antonius transscripsit, Porph. 32 et 33, prima Laertii § respondet huius § 34 ineunti. Accipe tabulam.

Antonius.

34. τῆς διαίτης τὸ μὲν ἄριστον ἦν κηρίον ἡ μέλι, δεῖπνον δ' ἄρτος ἐξ κέγχρων ἡ μᾶζα καὶ λάχανα ἑρθὰ καὶ ὄμα, σπανίως δὲ κρέας ἵερειων

Laertius.

19. αὐτὸν δ' ἀρχεῖσθαι μέλιτι μόνῳ φασὶ τινες ἡ κηρίω η ἄρτοι, οἶνον δὲ μεθ' ἡμέραν οὐ γενέσθαι· ὅψῳ τε τὰ ποιλλὰ λαχάνοις ἑρθοῖς

θυσίμων καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ παντὸς  
μέρους.

τά γε μὴν πλεῖστα . . ἀλίμοις ἔχεητο  
καὶ ἀδίψοις τροφαῖς κτέ ad 35 ἀνυσθον.

τε καὶ ὡμοῖς, τοῖς δὲ θαλαττίοις  
σπανίως.

στολὴ δ' αὐτῷ λευκή, καθαρά, καὶ  
στρώματα λευκὰ ἐξ ἑρίων · τά γὰρ  
λινᾶ σύπω εἰς ἐκείνους ἀρχήτο τοὺς  
τόπους.

οὐδέποτε ἐγνώσθη οὔτε διαχωρῶν  
οὔτε ἀφροδισιάζων οὔτε μεθυσθείς.

35. ὅθεν αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα  
ῶσπερ ἐπὶ στάθμῃ τῇν αὐτὴν ἔξι  
μιεφύλαττεν, οἱ ποτὲ μὲν ὑγιαῖνον  
ποτὲ δὲ νοσοῦν, οὐδὲ<sup>3</sup> αὖ ποτὲ μὲν  
πιαινόμενον καὶ αὐξανόμενον, ποτὲ  
δὲ λεπτυνόμενον καὶ ἰσχυνόμενον.  
ἡ τε ψυχὴ τὸ ὄμοιον ἥθος ἀεὶ διὰ  
τῆς ὄψεως παρεδήλου· οὔτε γάρ δὲ  
ἥδονῆς μιεχεῖτο πλέον οὐδὲ ὑπ' ἀνίας  
συνεστέλλετο, οὐδὲ ἐπίδηλος ἦν χαρῆ  
ἢ λύπη κάτοχος, ἀλλ' οὐδὲ γελάσαντα  
ἢ κλαύσαντά τις ποτὶ ἐκεῖνον ἐθε-  
άσατο.

20. ἀπείχετο καταγέλωτος καὶ  
πάσης ἀρεσκείας οίον σκωμμάτων  
καὶ μηγημάτων φορτικῶν. ὁργιζό-  
μενός τε οὔτε οἰκεῖην ἐκόλαζεν οὔτε  
ἐλεύθερον οἰδένα.

ἐκάλει δὲ τὸ νουθετεῖν πεδαρτῶν.  
μαντικῆ τε ἔχοητο τῇδε διὰ τῶν κλη-  
δόνων τε καὶ οἰωνῶν, ἥκιστα δὲ διὰ τῶν ἐμπίρων, ἔξι τῆς διὰ λιβάνου.  
Θυσίας τε ἔχεητο ἀψύχοις οἱ δέ  
φασιν ὅτι ἀλέκτοροι μόνον καὶ ἐρί-  
φοις γαλαθηροῖς τοῖς λεγομένοις  
ἀπαλίαις, ἥκιστα δὲ ἀρνάσιν.

36. Θύνων τε θεοῖς ἀνεπαχθῆς ἦν,  
ἀλφίτοις τε καὶ ποπάνῳ καὶ λιβανω-  
τῷ καὶ μυροίνῃ τούς θεούς ἔξιλασκό-  
μενος, ἐμψύχοις δὲ ἥκιστα, πλὴν εἰ  
μή ποτε ἀλεκτορίσιν καὶ τῶν χοίρων  
τοῖς ἀπαλωτάτοις.

Distinguere capitula studui. Quorum alia integerrima  
manserunt, cf. Porph. 34 in. et 36; alia quae propter argu-  
mentum conferenda sunt singulis rebus satis sunt diversa,  
cf. Diog. Laert. § 20 in. Sed gravissimum est quod scrip-  
tores luce clarius est non ad arbitrium compilavisse, sed  
totius capitinis filum perquam diligenter retexuisse.

Postquam plenius haec exempli instar proposita sunt  
et pertractata, ad inferius caput transeo eodem modo rem

ab eis ibi gestam esse probaturus his exemplis: hoc Antonius exordium facit, ut erga deos daemones heroes esse mente pia, parentibus ac beneficis habere gratiam, legibus oboedire discipulos iussisse Pythagoram dicat: eadem fere eodem ordine Laertius decantat § 23. Ille postquam de veneratione deorum nonnulla apposuit atque de singulari et binario numeris, celeberrimum illud praeceptum promit § 39, quo animalia sataque tutatus est ille vir innoxia: eadem apud alterum succedunt. Sed in proximis dummodo Antonius traditum ordinem servaverit, ab Laertio necesse est quae novissima debebant esse agminis ea praefixa esse colligamus. Quoniam enim et illius, § 41, τοιαῦτα παρήνει μάλιστα δὸς ἀληθεύειν et huius μηδὲ ὅμνιναι θεούς ἀσκεῖν γὰρ αἰτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν, quibus Pythagorica sententia eadem varie effertur, ita collocata sunt, ut succedant praecepto sive ipsi sive interiectis paucis δύο μάλιστα καιροὺς παρηγγύα ἐν φροντίδι ἔχειν, Porph. 40, Laert. 22, id sequitur ut non hoc unum loco suo motum sit ab teste altero, sed, si exemplo licet Antonio uti, aut paragraphorum 38 et 39 praecepta superiora primitus fuerint aut §§ 40 et 41. In medio hoc paulisper relinquo. Verum patebit, ubi confirmata erit coniectura Zelleri qui l. l. compilatorum auctorem supremum iudicavit fuisse Aristoxenum.

Sed scio hoc quoque a me votum nuncupari; nam funditus de fragmentis eius instituere opus est certas quasdam quaestiones. Certe perforati sunt montes ex parte altera.

---

### De Aristoxeni *Πυθαγορικαῖς Αποφάσεσιν.*

#### 1.

Erv. Rohde in Mus. Rhen. 27 p. 51 s (= Klein. Schr. II 160) Wyttenbachium secutus demonstravit Jamblich Vitae Pythagoricae paragraphis 200 ss ad 213 copiosum caput servatum esse Aristoxeni, ad eundem referendas esse §§ 174 ad 176 perspexit. Aperta res est atque certa; gravissimo arguento excerpta sunt illius *Πυθαγορικῶν Απο-*

φάσεων, quae Joannes Stobaeus Anthologio inseruit. Nolo retractare quae ille vir doctus expedivit; immo eis quae effecta credam usus restituere conabor caput ipsum. Quod negotium ne facilius conficiatur varia sunt impedimenta. Quaeritur enim *qua* ratione illae partes apud Peripateticum fuerint coniunctae, quaeritur *num* *integra* fragmenta Stobaeus servaverit, quaeritur *num* *quid* Jamblichus mutaverit.

Inde a verbis § 174 τὸ διανοεῖσθαι sic progrediuntur sententiae: vitam bene acturis opus esse a quo regantur; deorum autem imprimis rationem esse habendam imperii ac praesidii, deinde parentum et legum, leges autem eas maxime esse comprobandas, quae a maioribus sint acceptae.

Ipsum paragraphi 174 exordium, cum de Pythagora narret uno, cum his sententiis conecti nequit; deinde a verbis τὸ διανοεῖσθαι ad ἀνθρωπίνην διαγωγὴν § 175 med. in columnis est ordo; sed ea quae succedunt, ut Aristoxeni reficiatur cursus, ipsa sunt ponenda:

μετὰ δὲ τὸ θεόν τε καὶ τὸ δαιμόνιον πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον γονέων τε καὶ νόμων, καὶ τούτων ὑπῆκον αὐτὸν κατασκευάζειν, μη πλαστῶς, ἀλλὰ πεπεισμένως· καθόλου δὲ φῶντο δεῖν ὑπολαμβάνειν μηδὲν εἶναι μεῖζον κακὸν ἀναρχίας· οὐ γάρ πεγυκέναι τὸν ἀνθρωπὸν διασώζεσθαι μηδὲν ἐπιστατοῦντος· τὸ μέντον ἐν τοῖς πατρίοις ἔθει τε καὶ νομίμους ἀδοκίμαζον οἱ ἄνδρες ἔκεινοι, κανὶ μικρῷ χείρῳ ἐτέρων· τὸ γάρ δραμίως ἀποπηδᾶν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων νόμων καὶ οἰκείους εἶναι καυνοτομίας οὐδαμῶς εἶναι συμφέρον οὐδὲ σωτήριον· περὶ δὲ ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων οὐτως ἐφρόνουν· τοὺς μὲν γάρ ἀρχοντας ἐφασκον οὐ μόνον ἐπιστήμονας, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπους δεῖν εἶναι, καὶ τοὺς ἀρχομένους οὐ μόνον πειθηίους, ἀλλὰ καὶ φιλάρχοντας.

} Stob. Fl. 79, 45  
} Stob. Fl. 43, 49  
} Jambl. 175, 176  
} Stob. Fl. 79, 45  
} Stob. Fl. 43, 49

Quamquam apud utrumque testem eundem ipsarum sententiarum ordinem subesse certe persentiscimus, tamen id inter eos interest, ut Jamblichus plenam sinceramque loci memoriam servaverit, Joannes aut ipse (cf. Diels in Mus. Rh. 30, 173) aut eius auctor, cum *Πυθαγοριῶν Ἀποφάσεων* nonnulla capita in florilegium reciperet, hic illic cum

Aristoxeni cursum sequeretur aliquid transsiluerit, interdum quae neglexerat ad aliud titulum transtulerit. Ergo libri pristinam formam restituturis ita nobis utendum est utroque teste, ut altera ex parte Jamblichi sententiarum ordine tamquam fundamenti loco iacto Joanneas suis locis reddamus, altera ex parte illius capita qua ratione coniungenda sint ab hoc discere conemur. Hoc ego confessim luculento confirmabo exemplo altero.

Viam enim quam sine molestiore incommodo ingressi sumus ne conficiamus magnus impedit hiatus. Protraham igitur ex Joannis proxima silva (Flor. 43, 49; cf. supra) eam arborem, qua tamquam ponticulo utamur, dico sententiam δεῖν δὲ ἔφαυων εὐθὺς ἐκ παιδῶν καὶ τὴν τροφὴν τεταγμένως προσφέρεσθαι, διδάσκοντες ὡς ἡ μὲν τάξις καὶ συμμετρία καλὰ καὶ σύμφορα, ἡ δὲ ἀταξία καὶ ἀσυμμετρία αἰσχρά τε καὶ ἀσύμφορα, quae reperitur in Jamblichi § 203. Hanc cum apud utrumque non pauca praecedant quibus alter caret, id sequitur ut quae apud Joannem abundant ea aut uberiori disputationi Jamblichi paragraphorum 200 ad 203 φανλόνητα iniungamus aut non ita multo ante eam in libro Aristoxeni exstitisse statuamus. Inferiori autem iudicio manus dabimus, cum nulla fissura sententias Jamblicheas l. l. perspexerimus discerni. Progressus earum hic est: eum qui omnibus cuiuslibet generis praceptis aures praebat non minore esse stultitia quam istum qui omnino nulla accipiat; unorum igitur bonorum ὑπολήψει καὶ δόξαις opus esse ut iuniores sese dedant; in universum enim statuendum esse multum valere, cum bona ratione imbuantur homines ab ipso nascendi initio, quoniam puerum appareat bene institutum bonum fore adulescentem, iuvenem probe educatum virum frugi; difficillimum esse regere adulescentes, quorum in aetatem confluant et puerorum vitia et virorum; διόπερ πασῶν δεῖσθαι τῶν ἡλικιῶν ταύτην πλείστης ἐπιμελεῖας § 202 extr.; ad summum nulli esse permittendum aetati, ut quod ipsi libeat id agat; ipsum igitur infantem consuefaciendum ut pulchra adamet, fugiat turpia . . . At consistendum;

ad eum enim iam pervenimus locum, quocum florilegium consonat. Quoniam autem campum percurrentes nullo impedimento offensi sumus, immo aptissime atque pulcherrime alteram sententiam altera exceptit, in eodem delicto deprehensus est Joannes, cuius antea eum accusavimus. Totam eam disputationem, quae §§ 200 ad 203 in. comprehenditur, piscibus mandavit; neque vero dubium est quin quae apud eum praecedunt sententiam utrobique obviam ea praefigenda sint illarum argumento. Neque tamen multa inter utrumque locum desiderari mecum iudices, si lectis anthologii verbis Flor. 43, 49 ἐπιμελητέον δὲ πάσης ἡλικίας ἥγοιντο, καὶ τοὺς μὲν παιδας ἐν γράμμασι καὶ τοῖς ἄλλοις μαθήμασιν ἀσκεῖσθαι· τοὺς δὲ νεανίσκους τοῖς τῆς πόλεως ἔθεσί τε καὶ νομίμοις κτλ. his sicut Jambl. § 202 extr. praecipi intellexeris ut certae vitae aetates certis regantur officiis negotisque, eo tantum discrimine intercedente ut illis, i. e. Joanneis, quid sit docendum ponatur, his qua ratione. Itaque, si quis non plus uno enuntiato interiisse ibi pronuntiet, equidem suffrager. At caveamus; ne nos patiamur decipi! Quid? altera ex parte inter Joannis περὶ δὲ ἀρχόντων κτλ. ad φιλάρχοντας atque ἐπιμελητέον κτλ. nihil deesse nonne ea re persuadeatur nobis, quod, cum illis ratio explanetur ea quam opus sit intercedere regentes inter rectosque, nullum aptius subici videtur enuntiatum eo quod de officiis praeceptum infert τῶν ἀρχόντων? Nihilominus postea conabor inserere ibi fragmentum, quod luto Jamblicheo abluto illinc raptum esse patebit. At — praesente enim fortuna fruendum — nunc arguento novo confirmare possumus iudicium, quod de paragraphorum Jambl. 200 ss cum Joanneis ἐπιμελητέον δὲ κτλ. necessitudine latum est; vides enim illis adiectis ea succedere praecepta quae ad ἀρχόμενων spectant officia.

Perveneramus usque ad § 203 mediae sententiam ab Joanne l. l. Aristoxeno tributam. Eane quoque quae succedunt recepta sunt integra? Censuisse Pythagoreos legimus § 203 ab ipsa infantia diligentissime homines esse institu-

endos, cum quibus parvuli essent imbuti eis viros factos consentaneum esset usuros eos esse moribus. Licet silere. Nonne vero verba § 203 extr. εἰ γὰρ μηδέν ἔστι τούτων χρήσιμον εἰς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίαν ἀρικνονυμένων ἡμῶν, μάταιον εἶναι τὸ συνεπῆς παιδίς ὄντας τῇ τοιαίτῃ τάξει eqs ad τελεωθέντας § 204 manifestum est respicere ad § 201 ἐν δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ eqs, quibus novus sententiarum tenor discretus erat a superioribus, praecipue ad verba δεῖν οὖν τῆς τοῦ παιδὸς ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ σώφρονος γνομένης καὶ ἀνθρωπίκης πολὺ εἶναι μέρος τὸ παραδιδόμενον εἰς τὴν τοῦ νεανίσκου ἡλικίαν, ὥστα δὲ καὶ τῆς τοῦ νεανίσκου . . . εἰς τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίαν? Eadem igitur sententia et incipit et finitur hic orbis. Nonne certum agnoscimus rerum componendarum consilium idque egregium? Quod non parvi est ad Ἀποφάσεων formam indolemque reperiendam et restituendam momenti. Neque enim uno loco Aristoxenus ad sententiam, quam postquam posuit rationibus argumentisque confirmavit, ita rediit, ut quae demonstranda erat eam quasi demonstratam aliis verbis repeteret. Conferri possunt ex superioribus § 203 in. καθόλον δ' εἰπεῖν ad ἔκαστος τῶν πολιτῶν cum § 175 med. καθόλον δὲ φοντο ad ἐπιστατοῦντος et quae illis § 203 succedunt ταχέως γὰρ ἐξίστασθαι τὸ ζῶον ἔαθέν τε καὶ διηγωρηθὲν εἰς κακίαν τε καὶ φαντόητα cum § 174 ἴθριστικὸν γὰρ δὴ φύσει τὸ ζῶον ἔφασαν εἶναι. At multis hoc persequi non est opus. Praestat intellegere inferiora quoque, § 204 ss, scriptoris esse res aptissime ordinantis. Qui postquam instituendos esse homines probavit, totius — καθόλον dicit § 204 p. 145, 10 N. — educationis significat scopum: εὐλαβεῖσθαι τὴν ἡδονήν . . . ἀλλὰ μάλιστα μὲν πρὸς τὸ καλόν τε καὶ εὐσχημον βλέποντες πράττειν ὅ ἀν ἦ πραττέον, δείτερον δὲ πρὸς τὸ συμφέρον τε καὶ ὀφέλειμον. Quo fundamento iacto nihil iam impedit quominus ad singula scriptor transeat praecepta percurrenda. Horum prima quo tendunt? Περὶ τῆς σωματικῆς ὄνομαζομένης ἐπιθυμίας τοιαῦτα λέγειν ἔφασαν τοὺς ἀνδρας ἔκεινος. Intellegimus id caput eum esse tractaturum,

quod est περὶ σωφροσύνης. Aristoxenea igitur haec quoque esse etsi capit is structura recognita perspicuum est satis superque, tamen ne contemnamus Joannis testimonium Flor. 10,67, quo § 205 sententias ἐκ τῶν Ἀριστοχένου Πνθ. Ἀποφ. depromptas esse confirmatur.

Verumtamen hoc non sine maximis difficultatibus cum paragrap ho Jamblichi videtur comparari posse. Quibus confestim occurramus. Primum enim ea quae Joannes servavit unus ἐπιθυμίας δὲ ἡμαρτημένης τε καὶ φάνης τρία εἶναι εἰδη τὰ γνωριμάτατα, ἀσχημοσύνην ἀσυμμετρίαν ἀκαρίαν κτέ. usque ad excerpti finem patet esse orbis particulam, quo cupiditatum genera numeratum iri enuntiatum et a Jamblico et a florilegii conditore receptum praenuntiaverat hoc: εἶναι τὸ πάθος τοῦτο ποικίλον καὶ πολυειδέστατον. Re vera enim Aristoxenum genera earum diiunxisse ab utroque teste verbis proximis monstratur. Itaque non casu concedas Joannis illud τρία εἰδη admonere sententiae prae fixae εἶναι τὸ πάθος πολυειδέστατον. Ergo non longe ab hac a fuerunt quae hic solus recepit. — Altera autem ex parte a quolibet perspicitur primo obtutu non posse sententiam quae apud Jamblichum solum legitur (p. 146, 9 N.) τὸ μὲν γὰρ κενωθέντος τοῦ σώματος τῆς τροφῆς ἐπιθυμεῖν φυσικὸν εἶναι, τὸ δὲ ἐπιθυμεῖν περιέργον τροφῆς ἐπικτήτον discerni ab ea ipsa quae praecedat (p. 146, 6) εἶναι δὲ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμίāν ἐπικτήτους τε καὶ κατεσκευασμένας ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων, διὸ δὴ κτλ. Cuius integrum contrarium perhibet alter hoc: εἶναι τῶν ἐπιθυμιῶν τὰς μὲν ἐπικτήτους τε καὶ παρασκευαστάς, τὰς δὲ συμφύτους. — Uno igitur tenore legenda sunt enuntiata quae apud Jamblichum effunduntur inde a verbis (p. 146, 5) ποικίλον δὲ εἶναι κτέ. usque ad ἀνηκόντων § 205 extr. Ergo Joannis ἐπιθυμίας δὲ ἡμαρτημένης κτέ. non possunt nisi post hoc ipsum verbum inseri. Simul vero illinc conficitur, ut enuntiatum αὐτὸν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπιφοράν τινα εἶναι κτέ. ad τοῦ μὴ αἰσθάνεσθαι ad arbitrium in florilegio semotum sit ab initio disputationis quo recte proferuntur a Jamblico (§ 205 in p. 146, 1).

De variis cupiditatibus temperantia vincendis verba fiunt in §§ 205 ad 208: una desideratur, τὰ ἀρρεδίσια. At his proprium atque ampliorem locum dare auctor voluit; recte enim eis et in matrimonio et in adulescentia fruendi praecepta inveniuntur in §§ 209 ad 213. Quam arte haec quoque cum superioribus cohaereant vides; iterum vero plaudit Joannes (Flor. 101, 4), ubi ἐκ τῶν Ἀριστοξένου *Πνευματοφείον* inscribitur in editione Meinekiana.<sup>1)</sup> Praeterea ibi περὶ δὲ γενέσεως παιδῶν ἔλεγε (sic!) legitur. At fortasse id non traditum est unum; cf. enim quid ad Flor. 10, 67 (10, 66 Hense) annotatum sit ab Hensio; quamquam ἔλεγεν est etiam in Flor 1, 101 H. Sed haec forma non est genuina existimanda; nam Jamblichus dicit (§ 209 in.) τάδε λέγειν αἰτοὺς ἔφασαν.

Progressi eramus ad § 213 τὴν τεκνοποίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς, quae extrema sunt huius capituli Aristoxenei; ex Peripatetici enim cuiusdam officina postrema quoque esse profecta, ne arte ea prioribus adhaerent, indicaretur verbis § 212 ὅπως ἐξ ὧν δεῖ καὶ ὅτε δεῖ καὶ ὡς δεῖ διακειμένων κτέ. quibus auditis ipsum opineris locutum esse Aristotelem.

Facile gravissima quaestio ultima oritur num qua in parte libri *Πνευματοφείων Αποφάσεων* exstiterint haec cognosci possit. Ac si quis secum reputet §§ 200 ad 204 generaliter demonstrari homines educandos esse, deinde transitum fieri ad certam virtutem institutis ac praeceptis ornandam, non est quod multa verba fiant ut superiores perspiciat illas paragraphos fundamento esse doctrinae cuiusdam ethicae — ad unam enim moralem philosophiam fragmenta pertinent *Αποφάσεων*, quae libri nomine sunt instructa —, cui fundamento qualia inaedificata fuerint singula exemplo prima est § 205. Initio igitur libri hae paragraphi exstiterant: neque tamen initio ipso. Probavisse enim mihi

<sup>1)</sup> In Vindob scriptura archetypi fideliter servata est ἀριστοξένου ή (cf. Stob. ecl. ed. Gaisf. 2, 904). Quae cum mutila esset, falso accepta est ab eo homine, qui ceterorum codicum exemplum scriperat.

videor ante has ea praecipue fuisse quae §§ 174 ad 176 profert Jamblichus ipsa quoque universa. Recedendum igitur eo est. Jamne consecuti sumus libri exordium? Quae sunt verba prima? *Tὸ διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θείου, ὡς ἔστι τε καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος οὕτως ἔχει ὡς ἐπιβλέπειν καὶ μὴ ὀλγωρεῖν αὐτοῖς, χρήσμον εἶναι ὑπελάμβανον* (Jamblichus addidit παρ' ἔκεινον μαθόντες). *δεῖσθαι γὰρ ἡμᾶς ἐπιστατεῖας τοιαύτης, ὥς κατὰ μηδὲν ἀνταίρειν ἀξιώσομεν, τοιαύτην δὲ εἶναι τὴν ὑπὸ τοῦ θείου γνομένην . . .* Plura fortasse descripti quam quae opus sunt ut ea non refragari intellegatur sententiae quam modo protuli probavique. Unde enim aptius potuit illius modi doctrinae exordium fieri quam a deis semper colendis ac respiciendis? Magnam autem operam navasse Aristoxenum ut quam optime quae dicenda essent componeret plus uno licuit ostendere exemplo ac licebit.

## 2.

Cum Jamblichi §§ 180 ad 183, quarum oratio eadem est atque *Ἀποφάσεων*, de doctrina morali referatur non Pythagorae sed Pythagoreorum, Aristoxeni quin eis comprehendatur fragmentum nemo dubitat; cf. Rohde in *Mus. Rh.* 27, 49 s. Porro velim attendas quanta sit similitudo § 180. 181 in. et § 205 Jambl., quorum locorum utroque εἰδη scriptor sive ὄμιλίας sive ἐπιθυμίας pertractat. Quin etiam ipsis verbis singulis § 181 med. εἶναι δὲ ποικίλην τινὰ καὶ πολυειδῆ τὴν τοῦ καιροῦ χρείαν cum Stob. Flor. 10, 66 H εἶναι τὸ πάθος τοῦτο ποικίλον καὶ πολυειδέστατον collatis quis non videt utrumque locum eiusdem hominis stilo esse exaratum? Verumtamen utrum unum sit fragmen illud an conferruminatum e compluribus particulis minoribus dubius fortasse haereas paulisper, praesertim cum bonus Jamblichus erroris auctor possit esse haud exigui. Erres enim profecto, si eius prooemio (§ 180) ἐπεὶ δὲ καὶ ἐν τῷ πρὸς ἔτερον χρείᾳ ἔστι τις δικαιοσύνη (meminit enim Platonis Reip. II p. 371 extr. seq.), καὶ ταύτης τοιοῦτον τινα τρόπον λέγεται ὑπὸ τῶν *Πυθαγορείων* παραδίδοσθαι significari cre-

das paragraphorum quae sequantur argumentum. Immo prorsus diversa illic spectari quam celerrime sententiarum summa collecta cognoscemus. Quae per quattuor dispersa est partes has: operam esse navandam hominibus ut sciant qua maxime ratione aliorum cuiuslibet commercio sit utendum; § 180 εἰναι γὰρ ad § 181 εὐεργέτας; omnino homines non ignorare debere quid in quaque re εὐκαίρως ab ipsis fiat, quid ἀκαίρως; § 181 ad ἐντεύξεων; quam facultatem quadamtenus comparari posse discendo; usque ad § 182 ὑπάρχειν; qui autem recte uti τῷ καιρῷ didicerit, eum id quoque scire quid sint ἡ ᾧρα, τὸ πρόπον, τὸ ἀρμόνιον, alia eiusdem speciei, ἡ ἀρχή; usque ad § 183 ἀληθινῆς ἀρχῆς. Nudis scriptoris sententiis propositis quid sit ἀρχὴ paulo accuratiore expediam inquisitione. In qua plurimum tribendum est verbis § 183 hisce: μεγάλην εἶναι διαφορὰν καὶ σχεδὸν περὶ ὅλον τε καὶ παντὸς τὸν κίνδυνον γίνεσθαι μὴ ληφθείσης ὁρθῶς τῆς ἀρχῆς· οὐδὲν γὰρ ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν ἔτι τῶν μετὰ ταῦτα ὑπὲρ γίνεσθαι ἀγνοθείσης τῆς ἀληθινῆς ἀρχῆς. Quam saepe, ut hoc utar, observamus quanti sit momenti philologo aliquid pervestigaturo ab idonea re fieri initium. Idem vero in omni valet ἐπιστήμη τε καὶ ἐμπειρίᾳ καὶ ἐν γενέσει, denique in rebus omnibus, quippe quae ut recte agantur maxime efficiatur εὐκαιρίᾳ. Quid ἐν γενέσει sit ἀρχὴ et καιρὸς postea videbis. Tantum patet tempus esse intellegendum a quo exordium eius capere oporteat.

Subsistamus paulisper. Demonstrasse enim satis superque iam videor nullam aliam ad rem pertinere disputationem Aristoxeni nisi ad καιρόν. Quod igitur Jamblichus de χρείᾳ πρὸς ἐτερον verba fieri arbitratus est, id neglegentiae eius tribendum paene incredibili; ut enim ista praefigeret satis habuit conspexisse verba prima εἶναι γὰρ κατὰ τὰς ὄμιλίας τὸν μὲν εὐκαιρὸν, τὸν δὲ ἄκαιρον. Si enim longius processisset illius fragmenti omnino nullum esse locum vidisset in eo capite quod ipse condidit περὶ δικαιοσύνης.

Nos iam non fallimur. Omisi supra quaerere quo vinculo extrema verba § 183 τὸν αὐτὸν δὲ εἶναι λόγον κτλ.

conectantur cum superioribus. Poteram contendere nullo. Antea enim ea verbi ἀρχή vis fuerat, qua significatur rei cuiusdam ea pars a qua bene facturo incipiendum sit, hoc loco eadem vox idem valet atque Romanis *imperium*; quod optimum esse dicitur, cum nitatur benevolentia. Quid igitur haec omnia superiorem ad expositionem? A quo vero ridiculus iste transitus est factus τὸν αἰτῶν δὲ εἶναι λόγον καὶ περὶ τῆς ἐτέρας ἀρχῆς nisi a Jamblico? Neque igitur quicquam apertius potest esse quam ab illa superiore quaestione quae ad καιρὸν pertineat segreganda esse verba οὗτε γὰρ οἰκίαν κτλ. § 183.

Quae ad suum locum possuntne revocari? Sententiarum contextus in hoc fragmine is est, ut cum necessitudine quae regentibus rectisque est ea comparetur qua qui docent et qui discunt coniunguntur. Meministine proxima quaestiuncula patefactum esse ordinem prorsus eundem? Stobaei Flor. 43, 49 excerpti parte περὶ δὲ ἀρχόντων ad παραφρονοῦεν relicta cum ea, quae successisse eis vidimus apud Aristoxenum spatio nescio quo intermisso, adis, Jamblichi § 200 περὶ δὲ δόξης κτλ. ad καταρροεῖν, ab ἀρχονταῖς atque ἀρχομένοις ad docentes progrederis et discentes. Jam igitur mecum coniecisti in unum haec duo fragmenta conferenda esse locum. Quin etiam ubi inserenda sit Jambl. § 183 manifestum est. Cuius fragminis prima verba οὗτε γὰρ οἰκίαν οὕτε πόλιν εἰς ποτε ἄν οἰκηθῆναι μὴ ὑπάρξαντος ἀληθινοῦ ἀρχοντος καὶ κυριεύοντος τῆς ἀρχῆς τε καὶ ἐπιστασίας sero apparerent, si succederent capiti quod terminatur voce παραφρονοῦεν. Nusquam igitur ferri possunt nisi post φιλάρχοντας. Ac iam velim attendas illud ἔκονσίως, quod cum extrema sit enuntiati vox vi quadam elatum esse persentiscitur — optimo iure, quoniam id ipsum duo ista similia coniungit. Deinde legas ea quae praecedere illam sententiam modo iussimus τοὺς μὲν γὰρ ἀρχοντας ἔφασκον οὐ μόνον ἐπιστήμονας, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπους δεῖν εἶναι, καὶ τοὺς ἀρχομένους οὐ μόνον πειθηρίους, ἀλλὰ καὶ φιλάρχοντας. Hoc est illud imperium quod fit ἔκονσίως.

In eo capite quo de *καιρῷ* exposuit Aristoxenus hoc legimus enuntiatum § 182 ἀρχὴν δὲ ἀπεφαίνοντο ἐν πάντι ἐν τῷ τῶν τιμιωτάτων εἶναι ὅμοίως ἐν ἐπιστήμῃ τε καὶ ἐμ-πειρίᾳ καὶ ἐν γενέσει<sup>1)</sup>), δυσθεώρητον δὲ καὶ δυσσύνοπτον τὴν τῆς ἀρχῆς φύσιν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις. Nonne verba ἐν γενέσει quae consentaneum est Germanice esse vertenda „in der Zeugung“ satis inexpectata occurunt? Quid? Ponamusne scriptorem antea diligentius exposuisse de ἀκαρίᾳ in genera-tione cava[n]da? Non opus coniectura. In ea enim dis-putatione, quam initio eum instituisse Αποφάσεων supra de-monstravisse mihi videor, hae apparent sententiae § 209 περὶ δὲ γεννήσεως τάδε λέγειν αὐτοὺς ἔφασαν· καθόλον μὲν φῶντο δεῖν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον προφερὲς atque ibidem non multo post πολλὰ δὲ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα εἶναι, ἐν οἷς βέλτιόν ἐστιν ἡ ὁψιμαθία, ὡν εἶναι καὶ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρείαν. Superiorem igitur hanc expositionem ibi significat.

3.

Eis quae de fragmento § 180 ss scripsi usum aliam quoque Αποφάσεων particulam suo loco reponere me posse crediderim. Audivimus quantum Pythagorei tribuerint εὐκαιρίᾳ lecto Aristoxeni testimonio; audivimus praeter alia censuisse eos εἶναι τὸν καιρὸν μέχρι τινὸς διδακτόν. Quia igitur vi homines tum impelli dicamus ad res gerendas, cum quid aptum quid non esset ne discere quidem potuerunt? Respondebis haud dubie τύχῃ. Neque vero tu solus; nam veteres quoque, cum de altero locuti erant, facillime trans-ferebantur ad alteram. Velut Plato dicit Legg. p. 709 *A θεῖς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τὸν θρώπινα*

<sup>1)</sup> Inferiora καὶ πάλιν ad συστήμασι, quippe quae contra con-silium Aristoxeni adverso fronte pugnant, nemo non videt ab eo esse inculcata qui ἀρχὴν id significare putavit quod imperium, i. e. a Jamblichio. Contra velim audias quid Peripateticus spectaverit ipse § 182 extr. ἐν γὰρ ταῖς ἐπιστήμαις . . . βλέψαντας εἰς τὰ μέρη τῆς πραγματείας.

διακνιθερνῶσι ἔνμπαντα. Valde dignus memoratu Dionys. Hal. de comp. verb. XII 84: καιροῦ δὲ οὐτε δῆταρ οὐδεὶς οὐτε φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν . . . οὐδὲ ὅλως ἐπιστήμη θηρατός ἔστιν ὁ καιρός, ἀλλὰ δόξῃ. ταύτην δὲ οἱ μὲν ἐπὶ πολλῶν καὶ πολλάκις γυμνάσαντες ἀμενινοῖς τῶν ἄλλων εὑρίσκουσιν· οἱ δὲ ἀνάσκητον ἀφέντες σπανιώτερον καὶ ὡςπερ ἀπὸ τύχης. Ex ipsorum Pythagoreorum officina promo Theol. arithm. p. 45 τοιγαροῦν τύχη τε ὡς πᾶσι παρεπομένη τοῖς ἀποβαίνοντιν δνομάζεται (scil. ἡ ἐρδομάς) καὶ καιρὸς ἐπὶ τούτῳ, διότι καιροτάτης τέτευχε χωρίας; cf. ibid. p. 53 extr. et 54 in. Ex diversissimis aetatibus collecta sunt haec testimonia. Quoniam igitur et de καιρῷ et de τύχῃ (vid. Stob. Ecl. I 6, 18 W.) Aristoxenum in Ἀποφάσεσιν disputasse compertum habemus, fieri non potest quin cohaesisse capita ista concludamus. Sed utrum utri fragmentum successit? Monstrari fortasse possunt est ea quae praecesserunt ipsum quo de καιρῷ verba fiunt fragmentum.

Jamblichi §§ 230 παρεκελεύοντο ad 233 διαθέσεων originem duxisse ex Ἀποφάσεσιν perspicere mus non solum argumento edocti, verum etiam forma — attendenda sunt παρεκελεύοντο, ἔφασαν, similia —, etiam si non succurreret paragraphorum 101, 102 disputationis, quae cum parte non exigua illarum, usque ad § 232 ἀνεπανόρθωτον, ad verbum consentit, exordium παραδίδοται δὲ καὶ ἀλλος τρόπος παρενέσεως διὰ τῶν Πνευματικῶν ἀποφάσεων. Α παρεκελεύοντο autem § 230 incipere dixi excerptum Aristoxeneum, cum paragraphorum quae praeeunt 229 et 230 plurima enuntiata reperiantur in §§ 69 et 70, quae arte cohaerent cum § 68 propter πρὸς τούτοις ἐμψύχων ἀποχὴν κατέδειξεν a Peripatetico aliena; cf. enim Athen. X p. 418f. Gell. IV 11. Cobetus igitur Coll. crit. p. 429 et Nauckius (v. eius adnot.) decepti sunt § 230 in. verbis ἔτι καὶ νῦν. Neque enim ea est sententia, ut ab aequali Jamblichi ipsius efferri non potuerit. Rectius igitur Rohde Mus. Rh. 27, 32 (cf. p. 55) Apollonium suspicatus est expositionis inflatissimae fuisse auctorem. Sed ad propositum revertor ac primum

quidem exhibeo quae ducam esse conectenda: Jambl. § 233 ἐν τῇ μελλούσῃ ἀληθινῇ ἔσεσθαι φιλός ὡς πλεῖστα δεῖν ἔφασαν εἶναι τὰ ὄφεισμένα καὶ νενομισμένα, καλῶς δὲ ταῦτ' εἶναι κεκριμένα καὶ μὴ εἰκῆ . . ὅπως μήτε ὁμιλία μηδεμίᾳ ἀλιγάρως τε καὶ εἰκῆ γίνηται, ἀλλὰ μετ' αἰδοῦς τε καὶ συννοίας καὶ τάξεως δρυῆς, μήτε πάθος ἐγείρηται μηδὲν εἰκῆ καὶ φαύλως καὶ ἡμαρτημένως, οἷον ἐπιθυμία ἡ ὀργή. Ἐ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ κατὰ τὸν λειπομένων παθῶν τε καὶ διαθέσεων. § 180 εἶναι γὰρ κατὰ τὰς ὁμιλίας τὸν μὲν εὐκαιρον, τὸν δὲ ἀκαιρον, διαιρεῖσθαι δὲ ἡλικίας τε διαφορῇ καὶ ἀξιώματος . . . οὕτε γὰρ ὀργῆς οὔτε ἀπειλῆς εἰδος πᾶν οὔτε θρασύτητος . . ἀλλὰ πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἀκαρίαν εὐλαβητέον εἶναι τῷ νεωτέρῳ πρὸς τὸν πρεσβύτερον. παραπλήσιον δὲ κτλ.

Pauca subiciam. Fragmentis coniunctis Pythagorei censuisse narrantur in amicitia quam plurima legibus definita esse oportere, ne qua ὁμιλία temere fieret; fieri enim eam posse aut εὐκαίρως aut ἀκαίρως. Patet imprimis voce ὁμιλία viam eam qua progressus sit scriptor muniri. Ipsum vero illud γὰρ § 180 apud Jamblichum supervacaneum suam vim recuperavit.

Quibus probatis fragmentum περὶ τίχης alteri sequitur successisse illi quo de καιρῷ Aristoxenus egit.

Coniungi nondum possunt cum aliis fragmenta duo, alterum a Joanne Stobaeo Flor. 1, 101 H. servatum, alterum ex Jamblichei § 164 resolvendum paulo postea. Sed ratio necesse est reddatur, reliqua quae Aristoxeno inferior scriptor debeat cur non eodem capite purgaverim.

---

### De Aristoxeni Πνευματικῷ Βίῳ.

#### 1.

Πνευματικῶν Ἀποφάσεων specie atque indole exploratis ex capitibus restitutis alteram fragmentorum Aristoxeni seriem, quae haud recte adhuc videntur esse iudicata, ad pristinam sedem reducere conemur. Paragraphis Jambl. 196 ad 198 integrum comprehendi capitulum scriptoris illius

Wytttenbach (Bibl. crit. VIII p. 113 not; cf. Mahnii diatr. de Aristox. p. 60) magnam partem, penitus Rohde (Mus. Rh. 27, 50 extr. seq.) perspexit. Porro ille censuit in eo libro quem de Archytæ vita conscripsisset Aristoxenus narrantem factum esse Spintharum paragraphi 197 fabellam, hic autem totum orbem quem descripsi exsectum esse ex Ἀποφάσεωι. Verum enim vero mihi non est dubium quin verum libri nomen neuter reppererit. Atque illum quidem Rohde confutavit, cum non posse discerni a ceteris duabus § 197 ostendit. Sed ne in Ἀποφάσεωι quidem Aristoxenus talia narravit. Nam eis locis qui huic libro vindicandi sunt, ad unum omnibus, doctrinam eum proposuisse vidimus Pythagoreorum moralem. Contra de moribus eorum verba vel factis esse facta nusquam observari poterat. Haec autem describuntur eo loco, in quem nunc inquiremus. Neque igitur ullum inveniri potest Ἀποφάσεων enuntiatum quo simile quicquam exponatur hisce § 196 εἰ ποτε αἴτοις συμβαίη ἡ ὀργὴ ἡ λύπη ἢ ἄλλο τι τοιωτόν, ἐκποδῶν ἀπηλλάττοντο καὶ καθ' ἑαντὸν ἔκαστος γενόμενος ἐπειρᾶτο καταπέττειν τε καὶ ἴατρεύειν τὸ πάθος. Ubi vero illarum quidem fragmentorum quae non ita pauca sunt numero reperiri potest quod contendatur cum eis quae de Archytæ referuntur et de Clinia? Res ipsae quae ibi disputantur, quem in modum intellegenda sit earum inscriptio, indicant aperte. Ita enim Latine vertas ἀποφάσεις, ut dicas sententias eas esse Pythagoreorum vel voces; ne „dicta“ quidem prorsus recte proponas. Cuius interpretationis nemo melior acciri potest patronus quam Aristoteles. Metaph. Λ 7 p. 1073<sup>a</sup> 14 ss πότερον δὲ μίαν θετέον τὴν τοιαντὴν οὐσίαν ἢ πλείους, καὶ πόσας, δεῖ μὴ λανθάνειν, ἀλλὰ μεμνῆσθαι καὶ τὰς τῶν ἀλλων (scil. φιλοσόφων) ἀποφάσεις, ὅτι περὶ πλήθους οὐδὲν εἰργάσαν, ὅτι καὶ σαφὲς εἰπεῖν. hic unus est locus Aristotelis, ubi de hac forma vocis codices consentiant. Praeterea observandum in fragmento, quod in veris Ἀποφάσεωι reliquiis supra ducendum dixi, sic loqui Aristoxenum Jambl. § 182: ἀρχὴν δὲ ἀπεφαίνοντο ἐν παντὶ ἐν τι τῶν τιμω-

*τάτων εἰναι.* In § 197 dicit διηγεῖτο; quo nunquam utitur in Sententiis. Has igitur ob causas non audiendus Rohde qui l.l. p. 35 s omnia putavit quae illi ab amicis Pythagoreis narrata essent de sectae non solum doctrina verum etiam institutis ac nonnullorum eius asseclarum factis eo esse congesta. Immo diligentissime distinguenda censeo ab reliquis fragmina Sententiarum. A quibus cum tota in-dole diversae sint §§ 199 ss, ad quem librum has referendas esse putemus? Vivendi rationem qualem in quibusdam rebus gerendis Pythagorei probaverint illinc discimus. Quid multa? Parata sunt omnia ad sententiam simpliciter nudeque ferendam eam, qua illae paragraphi vindicantur *Βίω Πυθαγορείω* (v. Porph. Vit. P. § 59) vel *Πυθαγορικῶν* (Jambl. § 233).

At fortasse tuo iure iam quaeras cur tandem ita enitar, cum certo profligari res possit testimonio. Peropportune enim accidit quod confirmare eo licet, si modo licet, interpretationem philologam.

Postquam inde a § 196 vitasse dicti sunt Pythagorei ἀνώμαλον βίον, ὁργάς, ἀθνυμίας, ταραχάς, ἄλλα τουτά idque ipsum moribus et factis eorum quae exemplorum loco describuntur comprobatum est, aptissimum eo fit progressus, ut et lacrimis aliisque similibus animorum motibus narrentur temperavisse. Quibus consideratis apud ipsum Aristoxenum cum illis superioribus probatum videtur cohaesisse haec verba § 198 οὐκτων δὲ καὶ δακρύων καὶ πάντων τῶν τουτῶν εἰργεσθαι τὸν ἄνδρας. Quae a Jamblico repetuntur § 234 multis commodissime subtextis. Cum vero idem tenor reperiatur in § 226, successisse rebus §§ 196 ad 198 εἰργεσθαι τὸν ἄνδρας collendum est ea quae paragraphis 234 ss referuntur. Quarum partium inferior deprompta est ε Πυθαγορικῶν *Βίω*; vid § 233.

Sed uti formido nova quaedam instare videtur quaestio quae curat sortem verborum § 198 οὐτε δὲ κέρδος οὐτε ἐπιθυμίαν οὐτε ὁργὴν οὐτε φυλοτιμίαν οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν τουτῶν αἰτιον γίνεσθαι διαφορᾶς, ἀλλὰ πάντας τὸν Πυθαγορείους οὗτως ἔχειν πρὸς ἀλλήλους ὡς ἂν πατήρ σπουδαῖος

*πρὸς τέκνα σχοῖν.* At haec ego cohaerere cum superioribus nego motus verbis *αἴτιον γένεσθαι διαφορᾶς* et *ἔχειν πρὸς ἀλλήλους*. Etenim cum ea omnia quae antea audivimus ad Pythagoreorum commercium pertineant hominum omnium, his prorsus inopinati rapimur ad conspectum eius familiaritatis amicitiaeque quae valuit inter scholae socios. Tota igitur haec enuntiati pars e capite quod de amicitia Pythagorica fuit decerpta est. Quid igitur faciamus? Exitus iam antea est inventus. Quoniam enim supra visa sunt post *εἰργεσθαι τοῖς ἄνδρας* ea fuisse apud Aristoxenum saltem, quae in Jambl. § 234 illis succedant, sponte accidit ut post eiusmodi caput ea collocentur. — Postea autem alio quoque loco, § 164, Jamblichum videbimus disputationis describendae non exiguum partem transsiluisse unumque extreūm exempli enuntiatum subiecisse.

Sed antequam — id quod proximum est — laudes restituere coner quibus Aristoxenus amicitiam Pythagoricam ornavit, componendarum rerum artem quam egregie ille vir calluerit, etsi saepe animadverti poterat, tamen iuvat novo probare exemplo. Phintiae enim Damonisque mutuum amorem eo praecipue consilio praedicavit, ut Pythagoreos doceret *οἷξτων καὶ δακρίων, θωτείας καὶ δείσεως καὶ λυτανείας καὶ πάντων τῶν τοιούτων* fuisse expertes. Haec enim ipse prae-fatus est (§ 234 in.; turbas Nicomachus fecit § 233 extr. quam conf. cum Porphyrii 59) atque aliis verbis usus re-petiit § 234 extr. his: *ἔκκοπτείη ὅν αὐτῶν ἡ σεμνότης [καὶ ἡ προσποίητος πίστις] καὶ ἡ ἀπάθεια,* ubi quoniam unam amicitiam Pythagoreorum temptare nondum in animo est sponte intellegis *ἡ πρ. π. inculcata esse a Nicomacho.* Sed eadem fabula viam sibi ille munivit, ut alia exempla de-pingeret amicitiae, velut Cliniae § 239; v. § 127 coll. Cobeti Coll. cr. p. 371.

Itaque terminato saltem amplio capite quibus maxime rebus *Bίος* ille *Πυθαγορικὸς* diversus fuerit ab *Ἀποφάσει* definire licet libetque. Patefactum enim illic id maxime Aristoxenum egisse, ut mores virorum, ut instituta, denique

ut vitae degendae modum qui eis probatus esset, expressum verbis effectumque oculis subiceret. Contra libro altero demonstrare conatus sum nudas Pythagoreorum comprehensas esse sententias quibus mores possent conformari neque dubito quin eius argumentum aptissime Jamblichus § 101 adumbret, cum dicat διὰ τῶν Πυθαγορικῶν ἀποφάσεων τῶν εἰς τὸν βίον καὶ τὰς ἀνθρωπίνας ἴπολήψεις διατεινούσων; cf. etiam § 102 ext.

Sed *Biov* restituere pergamus.

Splendidissimi orbis cui amicitiae Pythagoricae exempla Aristoxenus inclusit nihil tenemus nisi membra disiecta. At compensemus fortunae invidiam quantum possumus. — Paragraphos 237 et 238 abiudicandas ab eo duco. Cur? Silentio nomina obruuntur Pythagoreorum quorum ibi virtus praedicatur. Quod unquam ab illo factum esse miro concentu quattuor exemplorum negatur eorum quae ex thesauro eius detracta esse compilatores confitentur. Archytas nominatur in Jambl. § 197, Damo et Phintias in § 234 ad 236, cf. Porph. 59, eidem, Archytas et Plato, Clinias et Prorus in § 127. Itaque § 237 s componenda sunt potius cum 122 ss ea quoque re similibus, quod ne ipsas quidem (cf. Rohde in Mus. Rh. 27, 40 s) Aristoxeno quisquam adscribere audeat. Principio vero paragraphi 237 quid? λέγεται δὲ ὡς καὶ . . . Profecto, nos cur opus fuerit λέγεται δὲ non nescimus. — Partis residuae duo exempla primum, Damonis et Phintiae § 234 ad 236, et secundum, Cliniae § 239 coll. § 127, certo, postremum, Thestoris § 239, quod alteri adhaeret fortasse Aristoxenea. Verum gravius quod duo illa eodem ordine numerantur in § 127 — interposita amicitia Platonis Archytaeque. Haec igitur nisi omnia fallunt extrusa est loco altero. Satis certa haec ego iudico; conjectura quae si non alia re at certe modestia commendatur, paragraphi 128 exempla cum prorsus similia illis sint Aristoxeno vindicarim, Cliniae, adsumpta videlicet Thestoris e § 239, ut subiungantur memoriae quam illic subsequuntur. Plausum autem haec opinio nanciscetur his insuper rebus

deliberatis. Extremae § 128 sententiae, ὅλως δὲ πάσας κτλ., Jamblichus quidem auctor non est, quoniam postea, § 234 ss, contra legem ipse fecit. Ergo hanc descriptis. At quis eius auctor? Nonne eadem discrepantia considerata verisimile videtur ab eodem a quo, capite de amicitia absolute, ratione illa finis narrandi fiat aliquando exempla etiam §§ 234 ss antea esse prompta, cum praesertim in § 127 eversa funditus non sint? Quid quod §§ 127 s ad Aristoxenum relatis § 198 verba quae abundabant, οὗτε δὲ κέρδος κτέ., quae in fine amicitiae Pythagoricae laudum exstitisse antea vidimus adnectere licet, dummodo δὲ quod a Jamblico structura enuntiati exegit<sup>1)</sup> mutetur in γάρ. Quo facto hic pervolandus campus: ὅλως δὲ πάσας εἰ τις λέγοι τὰς γεγενημένας δημιουρίας τοῖς Πυθαγορείνις πρὸς ἀλλήλους, ὑπερφαῖροι ἀν τῷ μῆκει τὸν ὄγκον καὶ τὸν καιρὸν τοῦ συγγράμματος· οὗτε γάρ κέρδος οὐτε ἐπιθυμία... οὐτε ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων αἴτιον ἐγένετο διαφορᾶς, ἀλλὰ πάντες οἱ Πυθαγόρειοι οὕτως εἶχον πρὸς ἀλλήλους ὡς ἀν πατὴρ σπουδαῖος πρὸς τέκνα σχοῖη.

Age prodeat qui splendidiae expositionis splendidiorem clausulam invenerit!

2.

Quod Jamblichi §§ 137 ad 140 ad unam omnes ex Aristoxeno derivatas Rohdius Mus. Rh. 27, 45 s dixit, in ea re haud dubium est quin multis nominibus erraverit. Audiatur capite dissecto quis cuiusque particulae auctor evadat.

Primum, § 140 extr. Aristoxeni non est. Hunc enim tradidisse posteris ὅτι "Αβαριν τὸν Υπερβόρεον εἰσίτια Pythagoras καὶ τὸν διστὸν αὐτοῦ ἀφείλετο φένετο non concedat is qui dubiam vocis ἀφείλετο vim respiciat neque admiratorem philosophi Peripateticum neget. At hoc fieri

<sup>1)</sup> Eadem de causa oratione obliqua quam ego postea sustuli uti coactus est.

potuit ut compilator quidam depravaret. Quare aliunde iudicium nostrum stabiendum. Cum firmo vinculo adnexae non sint § 140 (et 141), satis erat habendum §§ 137 ad 139 illi scriptori vindicavisse — si modo poterant vindicari. Argumento fuere praesentis temporis formae, quibus videbatur uti non potuisse nisi qui Pythagoreos ultimos vidisset. Quod igitur initio § 140 quam non esse Aristoxeni suspicatus sum ἡγοῦνται legitur, id sic poterat explicari ut Jamblichus tribueretur aut eius auctori qui respondere ea superioribus iussisset.

Attamen, paragraphis § 137 ad 139 nitendum non est. Nam eaedem ipsae temporis praesentis formae, *διορίζονται* § 137 p. 100, 8 *σπουδάζονται* § 138 p. 101, 5 *ἔχονται πιστευτικῶς* ibid. p. 101, 12 *πειρῶνται* ibid. p. 101, 14 quibus Rohdius confitus est vehementer sunt offensioni. Imperfecto aut aoristo Peripateticum usum mores vitamque virorum depinxisse ceteris demonstratur fragmentis omnibus. Quod qui factum sit apertissimum est. Eo tempore quo praeclaras eorum virtutes ille celebravit totus ille splendor tantaque praestantia restincta erant et evanuerant; cf. Laert. VIII 46. Ipse, disciplina dimidiatus Peripateticus, intima mente homo Pythagoreus scriptis scholae fidem servavit.

Secluduntur ab Aristoxeni libris hac ratione § 140 ac 137 et 138, § 139 non item; quippe in qua ἔγη scriptum sit, et φασι quod momentum non facit. At huius paragraphi alius indicari auctor potest. Estne quisquam in Aristoxeni ingenium modo se insinuaverit, qui tanta eum in homines male sanos indulgentia fuisse neget? Ἔγη γοῦν Εἰρητόν τις λέγειν ὅτι φαίη ποιμὴν ἀκοῦσαι τίνος ἄδοντος, νέμων ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Φιλολόου, καὶ τὸν οὐθὲν ἀπιστῆσαι, ἀλλ' ἐρέσθαι τίνα ἀρμονίαν . . . φασὶ δὲ καὶ τῷ Πυθαγόρᾳ τινά ποτε λέγειν, ὅτι δοκοῖη ποτὲ ἐν τῷ ὑπνῳ τῷ πατρὶ διαλέγεσθαι τεθνεῖτι eqs. Mihi quidem nimis creduli aut ridiculi videntur esse Pythagorei hoc loco, apud Aristoxenum admodum graves admirabilesque. Molestiorne ut hoc utar cogitari potest inficitia quaestione Euryti? Verum enim nemo est

qui opinanti, non demonstranti manus det. Itaque plurimum ei rei tribuo, quod nihil similius monstrari potest isti paragrapheo, 139, quam fragmentum Androcydis qui vocatur *περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων*, § 145. Neque enim ea tantum re quod utroque loco e vita Pythagoreorum exempla promuntur geminae sunt §§ 139 et 145, quod utrobique colloquia virorum fiunt brevia, verum etiam quod sicut § 145 symbolum morale subest p. 105, 9 οὐδὲν ἐξ ταῦτοις συμβαίνειν καὶ ἀπὸ τύχης ἄλλα κατὰ θεῖαν πρόνοιαν, οεδem modo, § 148 qua iteratur § 139 argumentum, περὶ θεῶν μηδὲν θαυμαστὸν ἀπιστεῖν (cf. 138 extr. μηδὲν ἀπιστοῦντες ὅτι ἂν εἰς τὸ θεῖον ἀνάγηται), si quid aliud consanguineum. Etiam Androcydes igitur personatus centonis quem dissolvimus particulam repetit, § 139 (certe ad ἔκεινῳ p. 102, 7). —

Aristoxenus illa esse a se abiudicata haud ferat aegre; gaudebit vero duo fragmenta disiecta reconciliari. Paragraphorum enim Jamblichi 96 ad 100, quibus per totum diem inde ab orto solis quid Pythagorei facere dicere soliti sint continue enumeratur, cum una particula nomine eius signetur ab Athenaeo II p. 46 F seq (cf. § 97 med; Rohde l.l. p. 36), id restat ut corrigatur non *Ἀποφάσει*, quae adhuc valet sententia, Jamblichi auctorem ea debuisse, sed *Βίῳ Πυθαγορείῳ* exemplisque confirmetur § 96 τοὺς μὲν ἐκαθινοὺς περιπάτους ἐποιοῦντο οἱ ἄνδρες, § 97 ἐχρῶντο δὲ ἀλείμμασι καὶ δρόμοις, § 99 ἔθος δὲ ἦν τὸν νεώτερον ἀναγινώσκειν. At non unicus hic usus verborum Athenaei. Audias velim quid excerpterit: καὶ τῶν Πυθαγορικῶν δὲ τροφὴ ἦν ἀρτος μετὰ μέλιτος, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, τοὺς προσφερομένους αὐτὰ ἀεὶ ἐπ’ ἀρίστῳ<sup>1)</sup> λέγων ἀνόσους διατελεῖν. Ubi ἀεὶ ἀνόσους fuisse τοὺς προσφερομένους αὐτὰ dixit? Certe non ibi, § 96 ad 100, quo superiora (usque ad μέλιτος) spectant. At cum primum § 196 προσεῖχον γὰρ οἴτοι, τὰ σώματα ὡς ἂν ἐπὶ τῶν αὐτῶν διακέηται, καὶ μὴ ἦ δὲ μὲν δικνά, δὲ δὲ πολύσαρχα· ἀνωμάλον γὰρ βίον φόντο εἶναι

<sup>1)</sup> Num igitur helluari ceteroqui licet? At inscite quae lecta erant relata sunt.

**δεῖγμα** succedere iusseris paragraphis 96 ad 100, subito intelleges unde originem duxerit ecloga Athenaei.

3.

Paragraphorum 163 ss, quas sententiis Peripatetici refertas esse summa cum fide affirmari potest fragmento eius Anecd. Paris. I p. 172 collato (vid. Rohde l. l. p. 39 et 48), enuntiatum primum in studiis refert Pythagoreos esse versatos hisce: *τῶν ἐπιστημῶν οὐχ ἡκούσα φασὶ τὸν Πυθαγορείον τυμᾶν μονοτικήν τε καὶ ἴατρικὴν καὶ μαντικήν· σωτῆλον δὲ εἶναι καὶ ἀκοντικὸν καὶ ἐπαινεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τὸν δυνάμενον δικοῦσαι.* His ex artibus uni, τῇ ἴατρικῇ, qualem operam illi navaverint, confessim certiores sumus verbis eiusdem paragraphi τῆς δὲ ἴατρικῆς ad ἀρρωστημάτων, quae iterantur § 244. Cum vero paragraphi 164 illa de medicina expositio duabus brevibus excipiatur sententiis quae, ubi e §§ 110 et 111 sicut par est suppleatae sunt et auctae, plenum circumscribunt caput περὶ μονοτικῆς inscribendum, nonne quem ad finem primum § 163 enuntiatum praefixum sit patet? Indicat quae proximis capitibus res tractandae sint. Sed a quo homine compositus est hic index? Primum quidem constat non Jamblichi eum esse, qui si auctor fuisset, de uno locutus esset Pythagora; cf. § 196. 230 al. Multo autem gravius argumentum est quod apud eum in proximis nihil quod ad μαντικήν pertineat legitur. Nicomachus igitur qui Aristoxeni memoriam Jamblico tradidit (cf. huius § 233 extr. cum Porph. 59) prooemium confecit? Ne is quidem. Audiantur verba § 164 (cf. § 110): *ἱπελάμβανον δὲ καὶ τὴν μονοτικὴν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγείαν.* Et his et Anecdotorum testimonio quod commemoravi demonstratur ita res Aristoxenum ordinavisse ut priore loco de medicina referret, posteriore de musica. Nicomachus igitur si confecisse indicem putandus esset, ita exspectaremus rem ab eo esse gestam, ut amplum caput pervolans notaret colligeretque voces eas quibus singularum partium argumenta designarentur. Quare illico,

opinor, quaereremus qua de causa scripsisset initio τιμᾶν μονοτικήν τε καὶ ἴατρον, ordine capitulorum inverso.<sup>1)</sup> Concedatur haud dubie licuisse id eius ingenio qui ipse ediderit quae deinceps disserantur, non eius qui aliena colligere indiculo instituat.

Pretiosissimum igitur adiumentum nacti nonne duobus iam quae promissa erant particulis repertis ceteras quoque speremus cogi posse? Quod negotium antequam subeamus, verisimillimum esse dixerim § 114 ἐτι τοίνυν ad τῆς ἐπιφδῆς successisse apud Aristoxenum rebus § 111 (interiecta enim λέγεται § 112 s eidem deberi nequit demonstrari) ea de causa quod paragraphorum 64 et 65 auctor, qui illius vestigia anxie pressit, eodem tenore Pythagoram unum praedicavit. Neque absonum esse videtur quod, postquam generaliter relatum est de more virorum medendi cupiditatibus, ea sententia quae ipsa quoque universa est ad singulas quasdam usus causas progressus fit enarrandas. Neque enim quemquam fieri potest ut lateant proprii orationis Aristoxeneae colores. Quis autem liber fuit? Βίον Πυθαγορικοῦ vestigia recognoscunt paucis exemplis ex iis particulis promptis quae sunt de medicina et de musica: ἀψασθαι καταπλασμάτων ἐπὶ πλείῳ τῶν ἔμπροσθεν § 163; ἔχρωτο Όμήρου καὶ Ἡσίόδου λέξεσιν, § 164; ἐκείνου ρρούντως συνηδόνη παιᾶνάς τινας § 110; similia. At illuc revertor.

Ut enim quae de μαντικῇ et de ἐχεμνθίᾳ Pythagorenorum Aristoxenus dixerat non digna iudicavit Θεῖος Jamblichus aut bonus huius auctor quae reciperet integra, ita causa servatae sunt scintillae quaedam, licet a compilatoribus temere sint cinere obrutae. Qui Jamblichei § 149 et 150 in sententias coacervavit, is de suo nihil fere addidit nisi verba quibus abundare solent compilatores, res certe ab Aristoxeno accepit. Vestitum et strata virorum describit ipsis Peripatetici verbis usus; cf. § 100 p. 77, 12 N. De sacrificiis eorum (§ 150 in.) ita refert, ut vocibus tantum non

<sup>1)</sup> Jamblichum enim ea invertisse credi omnino nequit, quoniam quanta caecitate transscriperit antea perspectum est.

omnibus, de re utique ei adstipuletur. Itaque non incautum videor iudicium ferre Aristoxeni esse haec quoque quae in § 149 inveniantur προσεῖχε δὲ καὶ γῆμας καὶ μαντείας καὶ κληδόσιν ὅλως πᾶσι τοῖς αὐτομάτοις. Accedit enim quod in verborum eorum numero, quibus regi ille enuntiata iubebat, velut φόντο δεῖν in Ἀποφάσεσσν, ὑπελάμβανον utro-bique, similibus, ducendum est etiam illud προσεῖχον quod more suo § 149 auctor in numerum singularem convertit: cf. enim § 196 προσεῖχον γὰρ οὗτοι, τὰ σώματα ὡς ἀν κτλ. Ne eiusmodi quidem indicia spernenda esse confirmabo ex-empio contrario. Suspicetur quispiam rebus quae referantur confisus paragraphorum 106 et 107 in. ad παρηγεντο Aristoxenum fuisse auctorem principem. Confutaretur vocibus ἀπεδοκίμαζεν, ἐκέλευεν, παρηγεντο, utpote quorum nullum in fragmentis eius veris quae non pauca sunt reperiatur. Cuius rei quae causa fuerit memoratu non indignum. Cavit ne arrogantius Pythagorei iudicavisse viderentur. Praetulit igitur praeter ea quorum supra mentio facta est παρηγελλον, v. § 99. 101. 241, παρεκελεύοντο § 204. 230, ἥγοῦντο scil. ἐπιμελητέον Stob. Flor. 43, 49, ἀδοκίμαζον § 100. 163 = 244. 176. 241 similia. Quae quanto sunt modestiora illis! Sec-tatorum gregi tantam verecundiam non esse probatam quis miretur?

Duo restant quae indiculo § 163 promissa sunt capitula nunc e tenebris resuscitanda: 1 σιωπήλονς δ' εἶναι καὶ 2 ἀκονστικοὺς καὶ ἐπανεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τὸν δυνάμενον ἀκοῖσαι. Utriusque vestigia agnosco in § 94. Unde cum primum dempta sunt quae homo non admodum prudens alienissimo loco interposuit ἐσκόπει δὲ καὶ p. 69, 22 ad φιλίαν p. 70, 2 simul cum ἐπειτα εἰ εἰσιν ad λαλεῖν p. 69, 21 5, quorum ope superioribus ista adnexuerit sententia superiore ipsa moleste iterata, restitutum esse ordinem pristinum nemo est quin confessim ex argumento colligat. Consideremus enim quid Pythagoras nimirum ipse censuerit ἐσκόπει εἰ δίνανται ἔχεμνθεῖν· τούτῳ γὰρ δὴ καὶ ἐχρῆτο τῷ ὀνόματι· καὶ καθ-εώρα εἰ μανθάνοντες ἔσται ἀν ἀκούσωσιν οἵοι τε εἰσιν σιωπᾶν

καὶ διαφυλάσσειν περὶ εὑμαθείας (δὴ) καὶ μνήμης ἐσκόπει,  
πρώτον μὲν εἰ δύνανται ταχέως καὶ σαφῶς παρακολουθεῖν  
τοῖς λεγομένοις, ἔπειτα εἰ παρέπεται τις αὐτοῖς ἀγάπησις καὶ  
σωφροσύνη πρὸς τὰ διδασκόμενα. Cohaesere igitur hic quoque  
ea quae requirimus. Quamquam § 94 haud infitior  
ideo me elegisse, ut cum ἔχεμνθεῖν· τούτῳ γὰρ δὲ καὶ ἐχρῆτο  
τῷ ὄνοματι contendi possent Aristoxeni § 201 ἐν τῷ βίῳ  
εἶναι τινας ἡλεκίας ἐνδεδασμένας· οὕτω γὰρ καὶ λέγειν  
αὐτούς φασιν. Rerum igitur summam sane parcām tenere  
videmur; sed orationis omnes elisos esse nervos facile sentimus,  
cum splendoris fragmentorum integrorum recordamur.  
Quo maiore gaudio audiatur ultimam capitām particulā  
manib⁹ furūm non esse depravatam.

Redeundum ad eum capitās §§ 163 ss locum nobis est,  
unde ad alias digressi eramus, ad § 164 med. Ac iam vide  
an forte accidisse putandum non sit, ut ubi exspectaverimus  
verba factum iri de audiendi quoque arte descendique a  
Pythagoreis culta, fragmentum ibi inveniamus quod cum de  
memoriae referat usu in hunc locum unice videatur qua-  
drare. Sonus enim enuntiatorum Aristoxeneus est. Actane  
igitur res est? Minime. Diligenter reminiscendum quid  
iam constet de *Bίον* et *Ἀποφάσεων* discrimine. Contendo  
enim congesta illuc esse quae in utroque libro de simili re  
disputata erant. Quod novum non est. Idem animadvertis  
poterat factum in § 230 ss 234 ss, ubi cum quae interiecta  
sunt Nicomacho debeantur, quis duorum librorum flores  
concoxerit non latet. Paragraphi 164 ἐτίμων eqs ad § 166  
in. ad *Bίον* sunt referenda. Sed num etiam superiora, ὃντο  
δὲ δεῖν κατέχειν ἐν τῇ μνήμῃ κτλ.? Comparet quis Vitae  
ὅντο γὰρ δεῖν μὴ πρότερόν τινι ἐντυγχάνειν § 96. At aperta  
dissimilitudo. In medio rerum aliarum tenore haec causae  
loco adiunguntur, illa e se apta sunt et disputationis de  
memoria instituendae facile vel exordium. Quo nomine  
unice gemini sunt loci *Ἀποφάσεων* hi: § 175 καθόλον δὲ  
φόντο δεῖν; cf. Stob. Flor. 43, 49; § 101 τὰς ἐπανορθώσεις . .  
φόντο δεῖν γίνεσθαι; cf. § 231.



Sed revertetur huc paulo postea. Absumpti sunt indicis tituli. Apte *μαντικὴ* subiungi videtur medicinae musicaeque geminis, illi ea quae, cum ad audiendi virtutem spectarent, commodissimum ad ἐπίμων κτέ. transitum effecerunt. —

Itaque reverti ad propositum licet.

Lemmata privata in Stob. Flor. I 71 H. produntur haec: ἐκ μὲν τῆς μαντικῆς (προμαντικῆς: em. Nauck) πρόνοιαν ἔφασαν δεῖν ἐπιζητεῖν, ἐκ δὲ τῆς ἱατρικῆς τῆς τε προνοίας ἐπανόρθωσιν . . . ταῦτα γὰρ εἶναι πέρατα τῆς ἱατρικῆς ἐπισήμης· ἐκ δὲ τῆς μουσικῆς αἰσθησιν ἀκριβῆ τε καὶ ἐπιστημονικήν, ἐκ δὲ τῶν μαθηματικῶν ὄνομαζομένων συλλογισμόν τε καὶ ἀπόδεξιν τῶν δὲ αὐτῶν νοημάτων. Quae Anthologium percurrentis cum primum legi, quia indicem illum § 163 memoria tenebam, statim vidi fragmentum id esse Aristoxeni. Deinde Meinekeum hoc occupasse intellexi, qui recte ad *Ἀποφάσεις* id rettulit.<sup>1)</sup> Nam hic solus Pythagoricus eius libellus ad condendum Anthologium collatus est. Praeterea formulae ἔφασαν κτέ. in unis harum fragmentis usus cognoscitur. Neque igitur mirum excerptum illinc Florilegii frustulum neque inseri posse neque affigi §§ 163 ad 165 Jambl. Nam, si recte antea iudicatum est, de iisdem aut certe similibus rebus in libro utroque disputare Aristoxeno licuit.

Huc igitur pertinent ea verba quae ε § 164 modo resolvimus, φόντο δὲ δεῖν κατέχειν ἐν μνήμῃ κτλ., quamquam utrum praecesserint an secuta sint illa diiudicari vix potest. Contra vel locus videtur reperiri posse fragmento non ita magno Stob. Fl. I 101 H. τὴν ἀληθῆ φιλοκαλίαν ἐν τοῖς

<sup>1)</sup> Contra ne cum eodem viro doctissimo Flor. I 1, 199 H. *Ἀποφάσεις* quis intrudat. A quibus musivus iste sermo prorsus abhorret. Deinde symbolis ab Aristoxeno locum esse concessum haud verisimile. Lemma pridem interierit; vane refectum est *Ηνθαγορικά*. Plutarcho sine causa Wyttensbachius tribuit. Symbolorum thesauro praemissa erant. Simillima Jambl. praefatur occasione data §§ 105 et 227.

ἐπιτηδεύμασι καὶ ἐν ταῖς ἐπιστήμαις ἔλεγον εἶναι· τὸ γὰρ ἀγαπᾶν καὶ στέργειν τῶν καλῶν ἐθῶν τε καὶ ἐπιτηδεύμάτων ὑπάρχειν· ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἐπιστημῶν δὲ καὶ ἐμπειριῶν τὰς καλὰς καὶ εὐσχήμονας ἀληθῶς εἶναι φιλοκάλους, τὴν δὲ λεγομένην ὑπὸ τῶν πολλῶν φιλοκαλίαν, οἷον (τὴν ἐν) τοῖς ἀναγκαίοις καὶ χρησίμοις πρὸς τὸν βίον γενομένην, λάγρυντα πον τῆς ἀληθινῆς κεῖσθαι φιλοκαλίας. Quae fieri potest ut prooemium fuerint copiosae expositionis, cuius e parte inferiore qui supersunt pannuli exigui modo congesti sunt.

Sed progrediamur si licet ad firmiora, ad *Bίον* redeuntes.

4.

E toto Jamblichi capite XXVII praeter § 127 et 128 nihil videtur argumentis saltem Aristoxeno vindicari posse nisi § 129 καὶ γὰρ νόμοντος ἐφύλαττον ad § 130 ἐχρῆσαντο. Quia in re non ita caute Rohdius nixus est l.l. p. 42 enuntiato § 129 πολλᾶν ad πολιτείας, quod in § 249 illi adscripta iteratur. Neque enim dubium est, quin ineptissime hinc illuc translatum sit.<sup>1)</sup> Causa disceptatur verbis μέχρι τινὸς. Quae suum locum tenent in § 249, utpote qua memoria inimicitarum cum Pythagoreis gestarum proponatur continua: οἱ Κυλώνειοι διετέλοντ πρὸς Πυθαγορείοντος στασίζοντες· ἀλλ’ ὅμως ἐπεκράτει μέχρι τινὸς ἡ τῶν Πυθαγορείων καλοκάγαθία . . . τέλος δὲ εἰς τοσοῦτον ἐπεβούλευσαν τοῖς ἀνδράσιν κτέ. Quae notavi verba ea omnia inter se respondent; in § 129 cum quae respondeant desint, μέχρι τινὸς quid sibi velit intellegi non potest.

Quodsi principem auctorem earum reperire cupimus, primum quidem non contemnendum quod ἐπιτηδεύματα καὶ ἔθη ut in § 130 p. 94, 12, sic uno tamquam spiritu effunduntur etiam in fragmento Aristoxeni, quod modo tractatum est, Stob. Flor. I 101 H. τὸ γὰρ ἄγ πᾶν καὶ στέργειν τῶν καλῶν ἐθῶν τε καὶ ἐπιτηδεύμάτων ἴπαρχειν. Sed maioris momenti sunt Laertii VIII 15 s ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθ-

<sup>1)</sup> Id quod vel ipsi Jamblico dari potest.

γόρειοι μὴ εἶναι πρὸς πάντας πάντα δητά, ὡς φησιν Ἀριστόξενος ἐν δεκάτῃ παιδευτικῶν νόμων. ἔνθα καὶ Ξενόφιλον τὸν Πυθαγορικόν, ἐρωτηθέντα πῶς ἀν μάλιστα τὸν νίὸν παιδεύσειν, εἰπεῖν, εἰ πόλεως εὐνομουμένης γενηθείη· ἄλλους τε πολλοὺς κατὰ τὴν Ἱπαλίον ἀπεργάσασθαι καλοίς τε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀτάρ καὶ Ζάλευκον καὶ Χαρώνδαν τοὺς νομοθέτας. Quae quicunque mente non praeoccupata contemplatur, is enuntiatum ἄλλους τε πολλοὺς κτέ. ob orationis formam recte a Wyttenbachio bibl. cr. VIII 112 et Rohdio l. l. Aristoxeno concedere debet esse vindicatum. Fac enim primitus id cohaesisse cum eis quae praecedant Peripatetici memoriam. Quam inanem compilator laborem suscepisse putandus esset, cum praeferret orationem obliquam! Praesertim cum nihil facilius esset quam simul cum proximis directa quam vocant id efferre. Nihilominus usu Laertii examinato videndum an temere ab eo formae eius confundantur. Sane nihil huc faciunt eorum capitum exempla quibus δόξαι comprehenduntur aut ἀποφθέγματα. Ubi cur mixtio fiat facile perspicitur; directae enim orationis enuntiatis ubivis praefigas ἐδόκει αὐτῷ vel αὐτοῖς, obliquae ἐψη vel λέγεται εἰπεῖν vel simile aliquid. Cf. II 93. VII 88. 126. IX 1 (X 118) et II 67. 129. IV 22. 63. VI 51. 60. VII 18. Idem interdum evenit additamento interiecto; cf. V 3. 4. X 10. 11 et Useneri Epicurea p. XXVI. Ne IV 8. 9 quidem in hac causa quicquam valent, ubi cum nudum λόγος scil. ἐστὶ praecedat non fuit cur anxie teneretur una loquendi forma, neque II 24, ubi nullo id genus verbo antecedente iunguntur ἦν δημοχρατικός, μόνος ἀποψήσασθαι, μὴ ἐθελῆσαι scil. ἀποδῆναι, αὐτὸν ἐπιπλῆσαι, αὐτάρκης ἦν; cf. VII 6. 16. Nobis enim loco opus est, cui praepositum sit nomen auctoris certi. Exempla haec sunt: vitae Epimenidis I 115 Θεόπομπος ἐν τοῖς θαυμασίοις a) κατασκευάζοντος αὐτοῦ τὸ τῶν Νυμφῶν ιερὸν δαγῆναι φωνὴν ἐξ οὐρανοῦ. Ἐπιμενίδη, μὴ Νυμφῶν ἄλλα Λιός. b) Κερσί τε προειπεῖν τὴν Λακεδαιμονίων ἥτιαν ὑπὸ Ἀρχάδων, καθάπερ προείρηται· καὶ δὴ καὶ ἐλήφθησαν πρὸς Όρχομενῷ. c) γηρᾶσαι τε ἐν τοσαντας ἡμέραις αὐτὸν

ὅσαπερ ἔτη κατεκοιμήθη. Tria hic quoque conexa sunt iungendi more eodem atque in VIII 15. Etsi autem extrema interpositis καθάπερ ad Θρησκευὴν segregata est a ceteris sententiis, tamen vix dubitemus etiam hanc ad Theopompum referre: affirmat Laertius cum addit καὶ γὰρ τοῦτό φησι Θ. Simillima res in VIII 8 Σωσικράτης ἐν Λιαδοχαῖς φησιν α) αὐτὸν sc. Pythagoram ἐρωτήθέντα ὑπὸ Λέοντος τὸν Φλειασίων τυράννου τις εἶη. Φιλόσοφος εἰπεῖν: καὶ b) τὸν βίον ἔοικέναι πανηγύρει. Alterum Leo non quae siverat. Sed ille Ponticum Heraclidem secutus est quem eadem eodem modo coniuncta exposuisse Cicero testis est Tusc. V 3, 8 et 9; cf. Nauck Jambl. V. P. § 58 adn. O. Voss de Heraclid. Pontic. p. 73 s. Denique promo I 116, cuius καὶ γὰρ ad ἐαλωκέναι auctorem Theopompum recte putat Ed. Schwartz in P.-W. Real. s. v. Diogenes Laert. p. 746.

Didicisse nos spero non sine causa unam orationis formam teneri. At omnibus locis qui collati sunt inferiorum sententiarum argumentum respondet superioribus. Nonne etiam eo quocum comparati sunt? Liberos qui probe educaturi essent, eis Xenophilus suasisse dicitur ut εὐνομονεύῃ uterentur τῇ πόλει. Nihil aptius libro qui conscriptus erat de παιδευτικοῖς νόμοις. Sed ibidem facillime fieri potuit ut mentio iniceretur Pythagoreorum quorum uterque leges condidit, alter εὐνομωτάτης πόλεως ut Platonis verbis utar legum scriptor fuit.

Ergone etiam § 129 s Jamblichi ad Leges illas referamus? Unicum earum hoc apud eum esset fragmentum. Sed Aristoxenum tanta uno loco commemoravisse, silentio obruisse in libris quos de Pythagoreis proprios scripsit credi omnino nequit. Cogitet igitur quis de Βίῳ Πυθαγορικῷ commotus verborum formis velut ἐγίλαττον διέψησαν. Ne hoc quidem verum. Cur enim Archytæ Tarentini scriptor oblitus est multo certe celebrioris Phytio aut Aristocrate? Praesertim cum exemplo eius in libro illo usum fuisse constet § 197. At compilatorum aut incuria aut pigritia dicas eius memoriam interisse. Obstant verba ἐν τούτῳ δὲ τῷ

χρόνῳ δοκοῦσιν αἱ κάλλισται τῶν πολιτειῶν ἐν Ἰταλίᾳ γενέσθαι καὶ ἐν Σικελίᾳ. Commemorari igitur Archytas omnino non potuit simul cum Zaleuco et Charonda, natu multo maioribus. Certa enim significatur aetas. Ergo quid multa? Nullus restat liber nisi is qui fuit περὶ Πυθαγόρων καὶ τῶν γνωρίμων αὐτοῖς. Jam repertus est certus ille χρόνος. Legas enim velim quid e communi descripserint fonte Porphyrius § 21 et Jamblichus § 32 ταύτας, sc. τὰς πολιτείας, φρονήματος ἐλευθερίου ὑποπλήσας sc. Pythagoras διὰ τῶν ἐφ' ἔκάστης ἀκονστῶν αὐτοῖς ἀνερρίσατο καὶ ἐλευθέρας ἐποίησε, Κρότωνα καὶ Σύβαριν καὶ Κατάνην καὶ Ρίγιον καὶ Ιμέραν καὶ Άκραγαντα καὶ Τανδομένιον καὶ ἄλλας τινάς, αἷς καὶ νέμους ἔθετο διὰ Χαρώνδα τε τοῦ Καταναίου καὶ Ζαλεύκου τοῦ Λοχροῦ. Qui haec scripsit, is memoriam § 129 seq. Jambl. nonnullis urbium nominibus auxit, trium earum quae illic numerantur retinuit. Quarum statum diserte pronuntiat ordinatum esse a discipulis Pythagorae ipsius.

Nihil contra valet quod mendum § 130 concepit. Quo loco non ea re offendit quod superiorum enuntiatorum structurae,

Χαρώνδας τε γάρ . . . Πυθαγόρειος ἦν,  
Ζάλευκος τε καὶ Τιμάρης . . . Πυθαγόρειοι ἦσαν,  
Οἱ τε τὰς Ῥηγινικὰς πόλιτειας συστήσαντες . . .  
Πυθαγόρειοι λέγονται εἶναι,

quam cum non perspexisset Nauck depravavit imprudenter inductis verbis Πυθαγόρειος ἦν, non accommodata sunt Φύτιος eqs. At aliud ferri non potest. In editione eadem hoc est ordinis huius enuntiatum extreum Φύτιος τε καὶ Θεοκλῆς καὶ Ἐλικάων καὶ Άριστοκράτης διηρεγκαν ἐπιτηδεύμασι τε καὶ ἔθεσιν οἵς καὶ αἱ ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις πόλεις . . . ἐχρήσαντο. Num complura oppida moribus Phytii eiusque sociorum utebantur? Nonne eos scimus fuisse Reginos? Cf. J. 172 et 267 p. 192, 8 N. Porro etsi ex enuntiato ipso unde orti sint illi viri non cognoscitur, tamen postea dicitur ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις. In quibus tandem? Nisi certa his verbis significatur regio, tota Magna Graecia intellegenda est. At partes deposita suas qui antea nomi-

nati erant. Itaque non dubito quin sic locus emendandus sit: οἱ τε τὰς Ἀριστοχράτης διήγεχαν (δ' οὗτοι πάντες [cf. § 172 ex.]) ἐπιτηδεύμασι eqs. Ad omnes qui numerati sunt inde a Χαρώνδας τε γὰρ cum pertineant illa οὗτοι πάντες, difficultates omnes tolluntur.

Denique praetereuntibus nobis id quoque videtur exemplo esse probatum quam recte Fr. Leo (Gr.-R. Biogr. p. 102, 2) duos libros inter se diversos iudicavit *Biov Πυθαγόρου* quem περὶ Πυθαγόρου καὶ τῶν γνωρίμων αἰτοῦ inscribere Laertio I 118 libuit atque *Biov Πυθαγόρειον* vel *Πυθαγορικόν* quem restituere modo studebamus.

---

### De subsidiis summariorum.

#### 1.

Multo iam plenior quam hucusque licuit sincerorque, postquam fragmenta perlustrata sunt ipsa, utriusque libri species ac structura describi potest. Neque tamen adhuc admovimus subsidia Antonii et Laertii, quorum auctorem principem fuisse Aristoxenum supra promisi me esse confirmaturum. Conferantur igitur velim Porphyrii § 34 et Laertii 19 — consentaneum enim earum imprimis sententiatarum rationem haberi quae apud utrumque inveniantur — cum Athenaei l. II p. 47 A τῶν Πυθαγορικῶν τροφὴ ἦν ἄρτος μετὰ μέλιτος, ὡς φησιν Ἀριστόξενος, τὸνς προσφερομένους αὐτὰ δεὶ ἐπ' ἀφίστῳ λέγων ἀνόσους διατελεῖν, licet leniter eorum quis deflexerit a vero lateat. Deinde Antonii ἦ τε ψυχὴ τὸ ὅμοιον ἥθος ἀεὶ κτέ. § 35 recte me iussisse respondere Laertianis § 20 ἀπείχετο δὲ καταγέλωτος . . . ἐφιζόμενός τε οὕτε οἰκέτην ἐκάλαζεν . . . ἐκάλει δὲ τὸ νονθετεῖν πεδαρτᾶν concedas necesse est comparato Aristoxeni eo loco, qui princeps utriusque paragaphi fons appellandus est, Jamblichi § 196 s κατὰ τὴν διάνοιαν οὐχ δὲ μὲν ἵλαροί, δὲ δὲ κατηφεῖς, ἀλλ' ἐφ' ὁμαλοῦ πρόφασις χαίροντες, ac paulo

post si legeris λέγεται δὲ καὶ τάδε περὶ τῶν Πυθαγορείων, ὡς οὕτε οἰκέτην ἐκόλασεν οἱ θεῖς αὐτῶν ὑπὸ δργῆς ἔχόμενος οὕτε τῶν ἐλευθέρων ἐνουθέτησέ τινα, ἀλλ' ἀνέμενεν ἔκαστος τὴν τῆς διανοίας ἀποκατάστασιν. ἐκάλουν δὲ τὸ νοὐθετεῖν πεδαρτᾶν. Ergo ab altero altera recepta sunt, ordo servatus esse videtur vel Aristoxeni. Sed redibimus huc. Restat ut ex eis quae apud alterutrum tantum leguntur Porphyrii § 35 in. cum Jambl. § 196 contendatur, Laertii § 19 στολὴ αὐτῷ λευκή, καθαρὰ cum Jambl. § 100 p. 73, 12 N. Quin etiam ea re intima cognoscitur necessitudo quod auctor Laertii l. l. Aristoxeni (vid. Jambl. § 100 ext.) εἶναι δὲ τὰ στρώματα ἱμάτια λινᾶ· χρόνιοις γὰρ οὐ χρῆσθαι cum corrigenda duceret scripsit στρώματα λευκὰ ἐξ ἐρίων· τὰ γὰρ λινᾶ οὕτω εἰς ἔκεινονς ἀφίκετο τοὺς τόπους. Haec<sup>1)</sup> sunt exempla capitis superioris.

Quae quibuscum Aristoxeni fragmentis erant conferenda? Cum solis eis quae *Biov Πυθαγορικοῦ* relicta esse interpretando supra studui ostendere. Ea enim re excerpta Diogenis utriusque ab eis differe, quod quae de Pythagora uno istis, his de schola narratur tota, num est mirum? Ex usu aetatis compilatores fecere. Reminiscaris enim factum idem esse in Jambl. §§ 64 ss et 110 ipsis fragmentis ceteroqui genuinis.

At quid illo altero capite faciendum quod eo nomine a superiore antea cognovimus diversum quod ibi de philosophi moribus ac vita, hic verba fiunt de praeceptis? Num hoc discrimen etiamnunc inane et fortuitum creditur? Nonne hac ipsa re supra nobis visae sunt diversae a *Βίῳ Αποφάσεις*? Nam cum Pythagoreorum vitae mores depicti capite superiore sint, tamquam si unus insignis eis fuerit Pythagoras, num aliud putemus accidisse in inferiore cuius simillima fuerit rerum conditio? Itaque tum demum recte

<sup>1)</sup> Nam Porph. 36, Laert. 20 etsi unum frustulum comparare saltem licet cum Jambl. 98 γίνεσθαι σπονδάς τε καὶ θυσίας θυλημάτων τε καὶ λιβανωτοῦ, tamen fieri vix potest ut quae strictim commemorata sint peculiaris excerptorum capituli fons fuerint.

supra esse discreta Vitae et Sententiarum fragmenta credam, simulatque harum vestigia in summario reperta erunt quod infra exhibemus. Conferamus igitur

| Antonii   | Aristoxeni  | Laertii   |
|---|---|---|
| 38. παρήνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἥρων γένους εὐφημοὶ εἶναι καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν, γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέτεις εὑνοῦν· νόμοις δὲ πείθεσθαι. | 174. τὸ διανοεῖσθαι περὶ τοῦ θείου, ὡς ἔστι τε καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος οὗτος ἔχει, ὡς ἐπιβλέπειν καὶ μὴ ὀλγωρεῖν αὐτοῦ χρῆσμαν ὑπελάμβανον.. .   | 23. θεοὺς μὲν δαιμόνιον προτιμᾶν, ἥρωας δὲ ἀνθρώπων, ἄνθρώπων δὲ μάλιστα τοὺς γονέας.   |
|   | 175. αἱ τιθεσθαι πρὸ τῆς διανοίας, ὡς ἐπιβλέποντος τε καὶ παραφυλάκτοντος scil. τοῦ θείου τὴν ὀνθρώπων ἀγωγὴν, μετὰ δὲ τὸ θεῖον τε καὶ τὸ δαιμόνιον πλεῖστον ποιεῖσθαι λόγον γονέων καὶ νόμων καὶ τούτων ὑπῆκοον αὐτὸν κατασκενάζειν. | (Quae subsequuntur eorum ratio non est habenda, cum quod eis respondeat ne apud Antonium quidem inveniatur.) νόμῳ βοηθεῖν, ἀνομίᾳ πολεμεῖν. |

Ergo sicut superiore summario *Bίον*, sic inferiore *Ἀποφάσεων* tamquam epitoma quaedam comprehenditur. —

Unum id videtur posse opponi, quod Antonii περὶ τοῦ θείου κτέ. ad πείθεσθαι ad verbum fere convenienter cum Jamblichi § 100, cuius non ex *Ἀποφάσεσ* derivatum sit argumentum, sed e *Bίο*. Audio — nihil tamen metuo. Etenim, ex hoc loco Aristoxeni ut ista excerpta sint, quaero cur mutatus sit sententiarum ordo. Quoniam indidem petere licuit illud φυτὸν ἵμερον καὶ ἔγκαρπον, ἀλλὰ μηδὲ ζῶν ὁ μὴ βλαβερὸν εἶναι πέρυκε τῷ ἀνθρωπείῳ γέρει μήτε φθείρειν μήτε βλάπτειν Porph. 39, cf. Laert. 23, cur non succedere his, cum Aristoxenus suaderet, iussa sunt περὶ τοῦ θείου κτλ.? Eadem enim causa est sive probatur sive non probatur, quam equidem probo Rohdii conjectura; vid. Nauckii adn.<sup>1)</sup> Sed hoc alterum est et quod moveat tantum suspicionem.

<sup>1)</sup> Confirmari eam egregie plurali τούτοις v. 8 Rohdius etsi non dixit haud dubie non nescivit. — Contra immerito censuit, cum βλάπτεσθαι et φθείρεσθαι vetarentur animalia innocua, caedi ea vetari. Vexari vel, si licet, mutilari vetantur. Ergo nihil cum p. 72, 10 inimicitarum.

Profligatur causa ea re, quod nullo loco altero ipsa genuina Peripatetici non modo verba nonnulla, verum etiam tota enuntiata tam accurate sunt expressa. Quam ob rem sine ulla difficultate ita putarim posse controversiam componi, ut auctorem Antonii nihil nisi verba e *Bίοι*, quem ipse antea compilaverat, recepisse dicamus propter brevitatem commodiora, ordinem universum servasse Ἀποφάσεων. Aristoxeno vero quoniam unam certe sententiam Pythagoreorum duobus scriptis tractavit, Jambl. § 100 et 174; sed cf. etiam § 163 et Stob. Flor. I 71<sup>1)</sup>), num quid impedit quominus pari curae fuisse credatur celebre praeceptum φυτὸν ἡμερον μῆβλαπτειν κτλ.? Nam in Ἀποφάσεσι fuse videtur commendavisse, in *Bίοι* aliud cum moliretur — quid enim quaque diei hora viri egissent depingebat — praetereundo inseruit τοῖς τοῦ πρεσβύτατον πάραγγέλμασι, carminis instar.

Nihil igitur sollicitamur, si quis cum Jambl. § 165 contendi e capite inferiore iubeat Porph. 40, Laert. 22, cum ad arbitrium id transfusum esse in vas alienum demonstrari certe nequeat. Contra hoc quoque ex eis est quae maxime propria Pythagorei cogitavere ac nota (*παρηγγύα*) disertissime designatur Ἀποφάσεων.

## 2.

In summario inferiore id perturbatum est ab alterutro compilatore, ut quae extremae essent collocandae sententiae in exordium transferrentur. Uter mutavit?

Non procul ab initio Ἀποφάσεων afuisse compluribus ex indicis collegi ipsum fragmentum illud quod e Jamblichii § 174 modo transscripti. Num igitur casu factum esse putemus, ut ipso principio capitinis inferioris argumentum eiusdem fragminis Antonius perhiberet? Hinc optime discitur quantus sit summariorum usus; neque tamen unquam

<sup>1)</sup> Exemplum tertium suppeditat Laertius, cuius in Vitae epitoma legis § 20 μαντικὴ τε ἐχεῖτο τῇ διὰ τῶν κληρόνων κτέ, in Sententiārum § 24 μαντικὴν (οὐ) πᾶσαν τιμᾶν. Verissime igitur Casaubonus οὐ inserendum esse praesagivit: revera eiusdem viri locus uterque.

fragmentorum ipsorum esse obliscentium simul discitur. Egregie nos adiuvit Antonius, quamquam ne ea quidem re plus habet gratiae, quod ei artior est cum Aristoxeno necessitudo quam ei homini cuius libellus in manus incidit Laertii.

Hic enim memoriam librorum accepit a fraudatore quodam; vid. Dielesius quid dixerit in Arch. III 457. 467. 470; contra Antonius nonne eos legisse ipse videtur coll. Porph. § 10 *γησὶ δὴ Μνίσαρχον Τυρρηνὸν ὄντα κατὰ γένος τῶν Αἴγυνον καὶ Ἰμβρον καὶ Σκῦρον κατοικησάντων Τυρρηνῶν* cum Laertii VIII 1 ὡς *Ἀριστόξενος, Τυρρηνὸς* κτέ. atque § 12 *καὶ πρὸς Ζάρατον ἀφίκετο* cum Hippolyti Philos. 2, 12 D.? Intercedam equidem nimia motus summariorum similitudine. In utrumque et *Bίος* et *Ἀποφάσεις* coartata sunt, in utrumque ita, ut epitoma illius sit superior. Addo gravissimum. *Ἀποφάσειν* apud Porphyrium praefigi solet *παρήγειν*, semel in §§ 38 ad 41 tenore continuo praemittitur *παρηγγία*; Laertius nudis infinitivis uti solet, sed eo loco qui respondet § 40 Porphyrianae sic incipit *λέγεται παρεγγύναν αὐτὸν τοῖς μαθηταῖς κτέ.* Quae omnia valde mira essent, nisi fraudatorem Laertii et Antonium ignoti exceptoris eiusdem copiam in usum vertisse suum poneremus. Ergo cum hoc nomine pares sint Laertius et Porphyrius, fraudator et Antonius, num in alterutro tantum flumine putentur natantia ligna locum interdum mutavisse? —

Cum fragmenta integra semper plurimi esse debeant, Porphyrii § 32 *καὶ ἐπῆδε τῶν Ὄμηρον καὶ Ἡσίόδον ὅσα καθημεροῦν τὴν ψυχὴν ἐδοκίμαζεν* coll. Jambl. § 96 ad 100 dicere necesse est in diei negotiis immerito numerari, immo ex eiusdem (v. § 111 quacum cf. 164) iussu subicienda esse paragraphi 34 enuntiato *ἢν δὲ καὶ λύπης λήθην εἰργάζετο καὶ οὐραὶ ἐπεράννε καὶ ἐπιθυμίας ἀτόπους ἐξῆρει.* At potestne fieri? Immo oportet. Nam his sunt praemissa: *ἢν γὰρ αὐτῷ μέλῃ καὶ πρὸς νόσους σωμάτων παιώνια, ἢ ἐπίζδων ἀνίστη τοῖς κάμνοντας.* En mutationum vestigia!

*Τὰς γοῦν διατριβὰς καὶ αὐτὸς ἔωθεν μὲν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἐποιεῖτο.* His Porph. § 32 verbis, a quibus re vera vitae

Pythagoreorum describendae exordium fit, diei cursum describendum esse auctor nescio quis videtur polliceri. Nam paulo postea conditor scholae inducitur ἐν ιεροῖς ἦ ἄλσεσι περιπατῶν. Sed fallimur fortasse. Quid? Nonne similis consilii indicia sunt § 34 τῆς δὲ διάτης τὸ μὲν ἀριστον ἵνα κηρίον ἥ μέλι, δεῖπνον δὲ ἀρτος ἐκ κέγχων? Ne hoc quidem sufficiat. Jam quod in summario factum esse suspicamur, id firmatur Jambl. § 96 ad 100. Ergo et quibus unica, quamvis multis rebus singulis perscriptis, qualem corporum Pythagorei habuerint, cura depingitur, paragraphi Porph. 34 (cf. Laert. 19) ad 35 med. (L. ad 20 πεδαρτᾶν), et qua par habitus animi, § 35 ext. (eundem progressum Jambl. facit § 196), inserenda sunt inter § 32 extr. et 33 in.

Maximus est operae huius fructus. Primum perlegas ita quae continua facta sunt § 35 extr. Ὡ τε ψυχὴ τὸ ὅμοιον ἔθος ἀεὶ παρεδήλουν — haec sententia familiam dicit — et § 33 in. τοὺς δὲ φίλους ὑπερηγάτα: eundem ordinem redintegravimus, quo valde eramus delectati, cum Jambl. § 196 ad 198 in. cum 234 ss videremus esse copulandas.

Pretiosius alterum. Suspicioni vel id haud levi esse potuit, quod, priusquam particularum traiectio a nobis facta est, plane nullus fuit qui a § 32 Porph. ad 33, ab hac ad 34 institutus erat transitus. Contra quam confertae sententiae § 33 ipsius! *Toὺς δὲ φίλους ὑπερηγάτα κτέ καὶ ὑγιαίνονοι μὲν αὐτοῖς ἀεὶ συνδιέτριβεν, κάμνοντας δὲ τὰ σώματα ἐθεράπευνεν, καὶ τὰς ψυχὰς παρεμνθεῖτο τοὺς μὲν ἐπωδαῖς καὶ μαγείαις, τοὺς δὲ μονσικῇ.* Sed quid hoc? Uno loco usus medicinae atque musicae? Subit cogitatio §§ 163 ss Jambl. Successerunt igitur hae interiecto nescio quo intervallo capiti ei quod fuit de amicitia. Laertius de utriusque siluit artis cultu. Sed ubi pauca de his apposuit, ibi, § 20, scripsit μαντικὴ τε ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν κληρόνων τε καὶ οἰωνῶν, ἡμιστα δὲ διὰ τῶν ἐμπύρων, ἔξω τῆς διὰ λιθάνον. Nihil gratius necopinata fide. Recolo pretiosissima indicis verba § 163 τοὺς Πυθαγορείους τιμᾶν μονσικήν τε καὶ ἴατρικήν καὶ μαντικήν addoque sententiam quam licet minime inte-

gram aliis de causis Aristoxeneam iudicaveramus § 149  
προσεῖχε δὲ καὶ φήμαις καὶ μαντείαις καὶ κληδόσιν ὅλως  
πᾶσι τοῖς αὐτομάτοις iterum nonnihil commendari.

Aliquanto igitur iam confidentius hanc *Biov* restituo fragmentorum seriem: Jambl. § 96 ad 100. 196 ad 198 in. 234 ad 236. cf. § 127 m. 239. 127 extr. ad 128. 198 med. 163 ad 165. Quae ubi quis percurrerit, libri capita si non ad unum omnia, at tamen praecipua pulcherrimaque conspexerit.

*Αποφάσεων* duo antea terminata sunt longa spatia, alterum J. 174 ad 176. St. Fl. 43, 49 in. J. 183. St. l. l. extr. J. 200 ad 205. St. Fl. 10, 66. J. 206 ad 213, alterum J. 230 ad 233. 180 ad 183 in. St. Ecl. I 6, 18. Quae ad verbum congruunt non numeravi. Restant tria fragmenta, St. Fl. I 101. I 71. J. 164, aliquando ut visum est propinqua, quae interponenda sint an subiungenda quaestio est. Maiore illud fieri iure credam. Non obiter primis quae reperta sunt fragminibus, velut St. Fl. 43, 49 ἐπιμελητέον δὲ πάσης ἡλικίας κτέ. J. 200 ἀνόητον πάσης ὑπολίψεως καταφρονεῖν κτέ. 203, ut instituantur homines identidem suadetur: viribus omnibus eo tenditur, ut neglecto tanto officio non posse sano frui statu affirmetur ullam civitatem. Num ad eum finem factum est prooemium tam magnificum, ut quibus arcendum esset diceretur? *Εὐλαβεῖσθαι τὴν ἴδοντίν* ἀσπερ τε καὶ ἄλλο τῶν εὐλαβείας δεομένων § 204 propositum est §§ 204 ad 213. Compensandum erat, quam primum fieri potuit. Ante reliqua omnia, recte si ratiocinor, responderunt litterarum artiumque laudes.

### 3.

Multa per saecula utriusque descendit libri memoria; sed maiori fuerunt *Αποφάσεις* admirationi neconon usui.

Ocellus qui vocatur c. 4, 9 ad 14 (non plus; cf. Praechter Hierocl. 137 ss) ad verbum fere illinc transscripsit. Sed Archytas quoque personatus cum doceret St. Fl. 46, 61 δεῖ τὸν ἀλαθινὸν ἔρχοντα μὴ μόνον ἐπιστάμονά τε καὶ δυνατὸν

ἱμεν ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον, Diogenes ibidem. 43, 95 τοῖς ἀνθρώποις περὶ μὲν ἀμπέλως πᾶς χρὴ τηγανέμεν τε καὶ ἐποφθῆμεν πεφρονημένως ἔχει, τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων ἥθεα ἀμελέως τε καὶ εἰκαίως, cuius discipuli ipsi fuerunt nisi Aristoxeni? Cf. Stob. Fl. 43, 49 in. Jambl. 204<sup>1)</sup>. Quid quod personatus Zaleucus Flor. 44, 20. 21 totum legum prooemium e Sententiarum exemplo effinxit? Recognoscas mecum 1) τοὺς κατοικοῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν πάντας πρῶτον πεπεῖσθαι χρὴ καὶ νομίζειν θεοὺς εἶναι . . . σέβεσθαι δὲ τούτους καὶ τιμᾶν, ὡς αἰτίους ὄντας ἀπάντων ἥμιν ἀγαθῶν τῶν κατὰ λόγον γιγνομένων . . . coll. Jambl. 174 m. 2) ὅσσις δὲ μὴ δάμδιον πρὸς ταῦτα τὴν ὁρμὴν πεπεῖσθαι, τὴν δὲ ψυχὴν ἔχονσιν εὐκάνητον πρὸς ἀδικίαν, . . μερινῆσθαι θεῶν ὡς ὄντων καὶ δίκας ἐπιπεμπόντων τοῖς ἀδίκοις . . . coll. J. 174 ext. 175 in. 3) πάτρια δὲ scil. νόμιμα εἶναι τὰ κάλλιστα coll. J. 176 in. 4) ὡς μετὰ θεοὺς καὶ δαίμονας καὶ ἥρωας γονεῖς τε καὶ νόμοι καὶ ἀρχοντες σύνεγγύς εἴσι ταῖς τιμαῖς παρ' ἀνθρώπους νοῦν ἔχονται καὶ σωθησομένους coll. J. 175. 3) et 4) ordine inverso scripsit Jamblichus suo iure. Nam pessime dirimuntur μεμνῆσθαι θεῶν 2) et ὡς μετὰ θεοὺς 4). Contra probe omnia 3) subiuncto: cum praesertim Zaleucus transgrediatur ad πόλιν δὲ φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὐτοῖς πατρίδος, unanimus alter ad τὸ μένειν ἐν τοῖς πατρίοις ἔθεσί τε καὶ νομίμοις ἐδοκίμαζον, καὶ οὐ μικρῷ χείρῳ ἐτέρων. Restabant 5) τοὺς δὲ ταῦτα παραβαίνοντας χρὴ καὶ κολάζειν, ὡς κατασκευάζοντας τῇ πόλει μεγίστων κακῶν ἀρχήν, ἀναρρίζειν. Cf. Fl. 43, 49. 6) ἀρχοντας δὲ μὴ εἶναι αἰθάδεις μηδὲ πρὸς ἐπίγρειαν κρίνειν coll. St. l. l. Singula igitur licet Zaleucus personatus minuerit auxerit: origo sapientiae aperta. Jam vero quae in prooemium sunt infercta ecquis dubitat an ea non recte tribuerimus Ἀποφάσεων exordio?

Si opus esset, hoc quodque addi posset argumentum.

<sup>1)</sup> Eundem Diogenem Flor. 43, 130 p. 135, 12 εἰκῇ τε καὶ ὡς ἔτυχε non verisimile fuisse locutum, nisi apud eundem legisset; vid. Jambl. 212.

Fundamentum orationum Jambl. §§ 37 ad 57 tumore verboso insignium ex nutu Dicaearchi iactum esse a Timaeo multis videtur Rohde l. l. p. 27 s persuasisse; quamquam inquisitionis ipsa via opprobrio esse potuit. Vestigia cum animadvertisserent Siculi scriptoris quamvis levia, non inquirebant essentre in subtegmine quod appellare philologi solent an exemplorum loco unde nitor illi et gravitas succresceret. Ne multa: agnosces re vera in his exemplis duo quae cum fragmentis Timaei compares. Certe H. Kothe — scripsit hic de Timaeo Tauromenitano Vratisl. 1874 — p. 7 vanis plerumque concentus exemplis tabellam complebat. Herculi boves per Crotonem agenti quis adversatus esset quis auxiliatus, § 40, ne poterat quidem ab illo comperiri, utpote cui (v. Diod. IV 21. 22) ora maritima Italiae occidentali iter fecisse heros in Siciliam dictus esset. Ludos Olympiacos ab eodem viro forti institutos esse nemo credat ex Hermocratis oratione (v. Polyb. XII 26, 2) quemquam transtulisse. Quid? Puellulus num rhetor fuit ruddissimus? Contra quod feminas lepidissime dicit Pythagoras deorum cultui maxime esse destinatas tamquam ipsis nominibus, *Κόρη Νύμφη Μῆτρὶ Μαιῶ*, hoc profecto cum Laert. VIII 11 Timaeo adscribo: simul vero tam simili ratione dicto confirmari video sententiam ei, qua exemplis istis alibi, ut orationum auctorem minime indoctum neque desdiosum sicut aliunde ista, ita hoc attulisse ad ornandum orationis locum collegerim e Timaeo. Ne diutius de anonymo homine loquamur! Aptissime intellexi a Zellero I 1<sup>5</sup> p. 313, 3 Apollonium esse nominatum Jamblichi auctorem collato § 259 s sermone, cum paragraphorum 37 ad 57 contentiones scriptoris verbis eiusdem, § 254 Jambl., respici vidi sem oī γὰρ ἄνθρωποι, μέχρι μὲν διελέγετο πᾶσι τοῖς προσιοῦσι Πνευμάτων, ἵδεως εἶχον, ἐπεὶ δὲ μόνοις ἐνετύγχανε τοῖς μαθηταῖς, ἤλαττοῦτο. Hic igitur Timaei *ἱστορίας* legit. Documento id quoque est quod puellas a Locris ut Aiacis scelus expiarent Troiam missas esse (vid. § 42) e Timaeo cognovit scholiasta Lycophronis v. 1155 (cf. Tzetzae schol.

v. 1141, Geffcken Tim. Geogr. p. 10 ss). Documento est Justini XX c. 4 totum, cuius § 14 eodem quo § 254 verba illa modo interitus Pythagoreorum causam fert. Sed quid apud Timaeum rhetor ille legit? Nullum prorsus indicium est, quo plura quam ab epitomatore hoc referuntur ab illo de institutionibus Pythagorae istis scripta esse probemus.<sup>1)</sup> Nam in subtegmine, brevissimum est iudicium, nihil huius scriptoris admonet. Nonne debuit offendere? Immo per primam orationem totam summarium *Ἀποφάσεων* substratum est quale pristinum Laertii et Antonii fuisse fontem dicebamus, forma illius praecipue simillimum. Vid. Zelleri l. l.<sup>2)</sup> Tam singularis similitudo est, ut Laertianum, priusquam extrema in exordium translata sunt, ab ultima sententia § 22 initium duxisse illinc patescat.

Sed tacite alterum iam Timaei infelibus patronis argumentum obvertimus. Nam Laertii exordium, tam simile orationi primae, fieri non potuit ut ipsius huius e sententiis principibus corraderetur, cum cetera indidem petere non liceret. Sed multo etiam minus laudandus is qui cum *Ἀποφάσεων* filum, quamquam summario Laertii similius, subesse senserit, inter Aristoxenum et Timaeum vixisse dicat excerptorem nobis qui quaerimus pridem notum vel — ignotum potius.

Nisi forte ex ea in quam nunc inquiremus latebra apparebit.

Diodori librum decimum ut nitentium laciniarum acervum appelles, Aristoxeni praecipue de Pythagora Pythagoreisque librorum fragmentis moveare — quamvis ab alio retractatis et obscuratis. Illi enim Tyrrhenus natu philo-

<sup>1)</sup> Justini § 6 „casumque civitatum ea peste (i. e. luxuria) perditarum enumerabat“ qui cum J. 42 comparabat, A. Enmann (d. quellen des Pomp. Trog. 164 ss), non eis quae apud certa incolarum genera habitae sunt orationibus tribui illa neglexit.

<sup>2)</sup> Nihil ei rei tribuo quod in Laert. § 22 ara ne qua nisi expers sanguinis adoraretur suasisse dicitur, a Timaeo (v. Censor. de die nat. 2, 3 Macr. Sat III 6, 2) confirmavisse Deli facto videtur esse dictus.

sophus fuit, vid. Diog. Laert. VIII 1, Diodorus, cui cum veterum multis Samius est, concedit c. 3, 1 Tyrrhenum fuisse qui eum dixissent. Pherecydem aegrotantem a Pythagora pie curatum esse iam ille scripserat; vid. Laert. I 115. Quamquam non ex Italia, — id quod Diodoro 3, 4 placuit — sed Samo eum fecerat ad praeceptorem navigantem. Nam cum inter eos fuerit qui adfuisse virum in Italia censerent Cylonei tumultus temporibus — cf. Porph. § 56 cum Jambl. 249 — illius § 15 *νοσήσαντα κτέ.* quae a superioribus discernenda sunt ex Aristoxeno referri quilibet per se ipse intellegat. Denique apud Diodorum quam late hic regnet inde maxime discito quod mores Cylonis Diodori 11, 1 exiguo fragmento paene iisdem quibus in J. § 248 verbis reprehenduntur.

Neque tamen *Πυθαγόρον* tantum *Bίος* verum etiam, cura nostra, *Πυθαγόρειος* neconon *Ἀποσάσεις*, quorum librorum particulae nusquam temere commixtae confusaeque sunt, eius qui retractavit praeda fuerunt.

Recuperari facili opera potest altera pars, c. 3, 5 deinde 4, 5 totum utrumque denique 7, 4 etc. 8 — *Bίος Πυθαγόρειον* reliquiae satis integrae. Quod ut agnoscatur Cliniae et Phintiae amicitias commemoro narratas c. 4 adiuncto c. 8<sup>1)</sup>, Archytas erga servos pigros indulgentiam c. 7, 4, *μηνύμης γυμνασίαν* c. 5, 1 eandem, quam Jambl. § 164 s genuinis coloribus depinxit. Totum igitur hunc gregem in cratem Aristoxeni redigo sine ulla dubitatione. Neque sine eius lucro. Amicitiarum Pythagorearum laudes quas dixi restituique medias fere hiatu distendi antea consulto dissimulavi hoc loco confessurus. Qua enim ratione postquam Phintias et Damo, Plato et Archytas dimissi sunt ad exempla liberalitatis progressus scriptor erat Cliniae ceterorumque? Suspicari quidem licebat explicatum ibi esse celeberrimum illud *κοινὰ*

<sup>1)</sup> Illud in Exc. virt. et vit. adservatum est, hoc in Exc. Vat. Longe quae nunc separata sunt, in eundem olim lacum confluebant. Nam utriusque proxima in *μηνύμης* aestimatione versantur, c. 5, 1 c. 8 extr.

*τὰ φίλων*, non totius capit is tantum proposito, sed ipsi etiam loco unice conveniens, non ita quidem ut posteris velut J. 168 placuit perceptum, tamquam si rem privatam nemo possederit, sed communis unus fuerit omnium thesaurus. Quod si ponatur, fieri omnino non potuit, ut de suo quicquam Clinias remitteret. Immo cum sua cuique domus opesque ab Aristoxeno concessa essent, si quidem generatim ibi pauca interposuit, pulcherrime congruit cum Diod. 3, 5 ὅτι ἐπειδάν τινες τῶν συνήθων ἐκ τῆς οὐσίας ἐκπέσοιεν, δηροῦντο τὰ χρήματα αἰτῶν ὡς πρὸς ἀδελφούς. Itaque animum attende quam prope ad Cliniae eiusque sociorum facta transferamur verborum proximorum summa οὐ μόνον δὲ πρὸς τοὺς καθ' ἵμέραν συμβιοῦντας τῶν γνωρίμων τοιαύτην εἶχον τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ καθόλον πρὸς πάντας τοὺς τῶν πραγμάτων τούτων μετασχόντας. Cave enim ne ductus verbis τῶν πραγμάτων τούτων sodalitium contrahas; nam primus Clinias exemplo est 4, 1 qui Cyrenam navigavit.

Anceps haereo in una ἐγκρατείας γνυμασίᾳ iudicanda 5, 2 quae artificiosius multo ac molestius instituta sit quam altera illa μνήμης.

Nam profecto auctus quoque est Aristoxeni thesaurus. Alterius<sup>1)</sup> fragmentorum partis commune id, ut praefixis παρίγγελλε ἀπεγράνετο ubique vocari ad Ἀποφάσεις videamus. At vehementer Aristoxenus negavit carne Pythagoram docuisse abstinendum esse teste Athenaeo X 480 F. Spernenda igitur capit is 6 § 1 in.

Superat cap. 9 cuius e partibus tribus una, §§ 6 ad 8, quamquam locis quibuscum componantur destituae sunt neque ea re arrident satis quod in § 7 praefixum est ἀπεγράνετο quia variandi causa idem Jamblichus scripsit vel § 178, tamen quae Aristoxeni iudicetur esse non indigna est. Contra § 5, quam simul cum 3 et 4, fortasse a Diodori ipsius auctore petitam, falsarius Laertii VIII 9 in dia-

<sup>1)</sup> Nihil huc faciunt c. 6 § 2 ad 4 quarum postrema ipsa quoque in supplementis recensenda est, versus Callimachi. De reliquis vide infra.

lectum ionicam convertit — nam contrarium incredibile — e Jambl. §§ 201 ss quidem elici non potuit. Licet enim verbis § 201 ἐν δὲ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ τῷ σύμπαντι εἶναι τινας ἥλικιας ἐνδεδασμένας, οὕτω γάρ καὶ λέγειν αὐτούς φασιν, ὃς οὐχ εἶναι τοῦ τυχόντος πρὸς ἀλλήλας συνεῖδαι tabella aetatum instituatur — senem (γέροντα, non πρεσβύτερον), cuius mentio nulla fit neque videtur fieri potuisse, ipse postea facile suppleas —: instituitur utique ipso eodem loco. Neque enim ullus paragraphum 201 legentem vexat hiatus neque Jamblichum ut convincamus in verba ἐν δὲ τῷ ἀνθρωπ. ad ἐνδεδασμένας quae ampliora aliquando fuerint coartavisse quisquam suadeat. Ad summam, periculosisima res ea maxime de causa, quod Jamblichus omnibus eo viribus tendit, ut quam difficile sit νεανίσκους educare intellegamus, Diodorus in lerido venustoque anni temporum aetatumque hominis simili versatur. Quale mihi quidem a reliqua Sententiarum simplicitate atque argumentationis austerritate non-nihil dissonare videtur. Quam ob rem § 209 s πολλὰ τῶν κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα εἶναι ἐν οἷς βέλτιόν ἔστιν ἡ δψιμαθία, ὃν εἶναι καὶ τὴν τῶν ἀγροδισίων χρείαν δεῖν οὖν τὸν παῖδα οἵτως ἄγεσθαι ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνονοίαν ut obiter Aristoxenus celebrem illam aetatum tabulam significare videtur, ita Diodori § 5 ipsum simile a Sententiis est aliena. Denique alienae originis vestigium apud hunc non deest. Βίον Πυθαγόρειον fragmenta Pythagoreis assignare solet, Ἀποφάσεων Pythagorae uni: διέρονν ibi scripsit forma illius propria cum arguento ab eodem utique alieno commixta.

Contra iurisurandi usum qualem Pythagorei concessissent aperire Aristoxenum non omisisse equidem confido. Unum id ambiguum scriptorum posteriorum utris gratiam debeamus. Μηδὲ ὄμνύναι θεούς· ἀσκεῖν γάρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιστον παρέχειν Laertii in summario § 22 verba sunt, cf. J. 47, Jamblichi in § 144 περὶ δὲ τοὺς ὄρκους εὐλαβῶς οἵτως διέκειντο πάντες οἱ Πυθαγόρειοι, ὥστε Σύλλος εἰς τῶν ἐν Κρότων Πυθαγορείων (nomen accessit e § 150) ὑπὸ

νίμον ἀναγκαζόμενος διδόσαι καίπερ εὐδοκεῖν μέλλων ὅμως ὑπὲρ τοῦ φυλάξαι τὸ δόγμα ὑπέμεινεν ἀντὶ τοῦ διδόσαι τοῖς μᾶλλον τάλαντα καταθέσθαι, praceptorum atque morum exempla. Verum enim vero tam rigidi non omnes fuere. Apud Diodorum duplici Exc. Vat. et Virt. Vit. fultum est memoria praeceptum hoc 9, 1 et 9, 2 σπανίως μὲν διηνύναι χρησαμένους δὲ τοῖς δόρκοις πάντως ἐμμένειν. Si cui antea de placida et clementi Ἀποφάσεων disciplina persuasi, non latere duxerim utra forma Aristoxenum sola deceat. Summariis autem Ant. 41. Laert. 22 fides si potest haberri, et hae paragraphi et 6 ad 8 coniicienda sunt in librum exeuntem.

Aristoxenea Diod. l. X subesse didicimus, opinor, sed aucta — cap. 6 postmodo iniunctum ideo duco quod duobus nunc diversis locis iudicioque diverso de cibis probandis et improbandis disputatur c. 7, 2 et 6, 1 — necnon retractata. Age, retractata quidem num a Diodoro? Nemo credit. Itaque Ed. Schwartz in P.-W. Real. V p. 679 fontem fuisse librum in septem sapientium laudes conditum censuit eundem qui fuisse libri noni. At Pythagoras a sapientium numero clare segregatur c. 10, 1 ὅτι Πυθαγόρας φιλοσοφίαν, ἀλλ' οἱ σοφίαν ἔκάλει τὴν ἴδιαν αὔρεσιν· καταμεμφόμενος γὰρ τὸν πρὸ αὐτοῦ κεκλημένους ἐπτὰ σοφοὺς ἔλεγεν, ὡς σοφὸς μὲν οὐδείς ἐστιν ἄνθρωπος ὅν. Ne diutius plausum cohibeas, hoc moneo. Cap. 3, 2 s ad instituentem concurrisse dicitur tota urbs — καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀπὸ τῆς πολυτελείας καὶ τρυφῆς ἀπέτρεπεν, ἀπάντων διὰ τὴν εὐπορίαν ἀνέδηῃ ἔκκεχυμένων εἰς ἄνεσιν κτέ. Quibuscum felicissime cum A. Enmann (leg. die quellen d. Pomp. Trog. p. 164 ss) contendi iusserit Justini XX 4, 2 mutassent (sc. Crotonienses) vitam luxuria ni Pythagoras philosophus fuisse, fundos suos legitime recepit Timaeus.<sup>1)</sup> Poterat autem id quoque digito commonstrarī ut apud scriptorem Romanum cotidie virtutem laudatam, luxuriam reprehensam dici, ita Diodorum paulo supra scripsisse καθ' ἡμέραν ὀσπερεὶ πρός τινος θεοῦ παρονοσίαν ἀπαντας συντρέχειν ἐπὶ τὴν ἀκρόσιν. Equis

<sup>1)</sup> Cf. Rohde, Mus. Rh. 27, 27. 28.

igitur perseverat Pythagorae orationes a Timaeo esse elaboratas, cum iuris iurandi usus (v. J. 47) apud Diodorum l. l. coerceatur narratione simplici, cum praeterea Pythagorae quod modo apposui de septem sapientibus iudicium primae orationis § 44 commutatum tamque inanem in superbiam<sup>1)</sup> detortum sit ut apertissime deprehendatur qui aliena in locos alienos transtulerit?

Tamen num quisquam concessurus sit, ut in Timaei auctoribus Aristoxenus numeretur valde dubito, nisi extaret apud Plut. Lyc. 31, 6 τελευτῆσαι δὲ τὸν Αυκοῦργον οἱ μὲν ἐν Κίρρῃ λέγοντιν· Ἀπολλόθεμις δὲ εἰς Ἡλιν χομιοθέντα· Τίμαιος δὲ καὶ Ἀριστόξενος ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα· καὶ τάχον Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαι φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν σενικὴν ὁδόν.

Verum enim vero ne Timaeus quidem excerptor is quem diu quaerimus. Sodalis eius repertus est. Quid? Multos Aristoxenus hospites recepit. —

---

Qui opus quodlibet exstruxit ei si cui alteri ubi vota rata sunt facta totum liceat oculis examinare. —

Ἀποφάσεις Aristoxenus cum condidit, mirum in modum et nova temptavit et quae legerat audiverat discipulus Aristotelis nondum ea potuit mente depellere. Pythagoreos sapientiam, praecepta moralia, non discipulis paucis sed cilibet homini faciebat commendantes, faciebat probantes causis rationibusque quae studio erant ac scientia procreatae. Ergone Xenophili eiusque aequalium quam adulescens accepérat doctrinam suo Marte retractavit?

Platonis locus est Legum I p. 631 B ss consilium Aristoxeni unde discas unice idoneus. Cretum leges non temere laudibus efferri iudicantur utpote omnium bonorum hominibus nutrices. διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἔστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα, ἥριηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα . . . ἔστι δὲ τὰ

---

<sup>1)</sup> Post commemoratos sapientes: ἐν τοῖς ἐξῆς χρόνοις ἐν οἷς ἦν αὐτὸς ἔνα φιλοσοφίᾳ προσέχειν τῶν πάντων (!) . . . ταῦτα μὲν ἐν τῷ γυμνασίῳ τοῖς νέοις διελέχθη (!).

μὲν ἐλάττονα ὡν ἴγειται μὲν ὑγίεια κτέ. ὁ δὴ πρῶτον αὐτῶν θείων ἥγεμονοῦν ἔστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις . . . μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας προστάξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευστέον, τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα εἰς τὸν ἥγεμόνα νῦν ξύμπαντα βλέπειν, περὶ τε γάμους ἀλλήλους ἐπικοινομένους μετά τε ταῦτα ἐν ταῖς τῶν παιδῶν γεννήσεσι καὶ τροφαῖς νέων τε ὅντων καὶ ἐπὶ τῷ πρεσβύτερον ἵντων . . . ἐν πάσαις ταῖς τούτων ὄμιλαις τάς τε λύπας αὐτῶν καὶ τὰς ἡδονὰς ἐπεσκεμμένον . . . ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις τῆς ἔκάστων διαθέσεως διδαχτέον καὶ ὀριστέον τό τε καλὸν καὶ μή κτέ. Maiora, licet multo canat Plato: si libet hic illic Aristoxeni fragmenta subicias schedulis ab illo affixis; aliter ille composuerit: consilium universum idem agnoscatur alterius. Quod si nondum divinatum est, age, succurrat Zaleucus ille personatus dicatque minime sese consarcinaturum fuisse *Νόμων προοίμιον* εἰ sententiis *Ἀποφάσεων*, nisi earum auctor doctrinam moralem legibus quibuslibet scribendis ipsis voluisset pro fundamento substruere. *Ἡ μὲν οὖν μένοδος τούτων ἐγίεται, πολιτικὴ τις οὖσα* Aristoteles solebat dicere, cum philosophiam moralem discipulis tradebat: quod discipulus non est oblitus. Quamquam incedere vestigiis praceptoris, sicut Eudemus, noluit sed monumentum eorum exigere virorum quibus et genere et primae iuventutis studiis propinquus fuerat.

Nihilosecius disciplinam dissimulare noluit. *Ἐπιθυμίας ἡμαρτημένης τρία εἶναι εἴδη* censuit Stob. Fl. 10, 66 1 ἀσχημοσύνην 2 ἀσυμμετρίαν 3 ἀκαρίαν; itaque aut 1 ἀσχήμονα et φροτικὴν sive ἀνελεύθερον (coniungo duo haec ob vocum vim; cf. Plut. Mor. p. 124 F; 660 B) aut 2 σφοδρότεραν et χρονιωτέραν eam esse aut 3 ὅτε οἱ δεῖ et πρὸς ἂν δεῖ. Quid Aristoteles? *Τρία εἴδη* simillima in contrario simulac reppereris Eth. Nic. p. 1119 b 16 ἐπιθυμεῖ ὁ σωγόων 1 ὡν δεῖ καὶ 2 ὡς δεῖ καὶ 3 ὅτε, quamquam intellegas unde proficisci alter potuerit, tamen ampliori quam instituebat partitioni ipsam materiam suppeditarat praceptor antea p. 1118 b 23. Quae utpote sparsa incondite ubi dispo-

sita erit, has elucebit condemnatas ab eo esse (*πολλοὶ καὶ πολλαχῶς ἀμαρτάνουσιν* 1118 b 21) voluptatum formas 1 ὡς οἱ πολλοί 2 τὸ μᾶλλον 3 οἵς μὴ δεῖ. Quibus deinceps opposuit omnibus ἢ μὴ ὡς δεῖ. Unum valde desideres tertiae classis ὅτε μὴ δεῖ. Minime Aristoteles omnia voluit anxia cura enumerare; sed adest ubi iterum distincta eadem conseruntur paulo infra p. 1119 a 15. Ergo hoc tantum est Aristoxeni meritum quod praceptoris inventum auxit severiusque ordinavit.

Aristotelica autem institutione eum usum esse eo est verisimilius quod ex vicinitate accita sunt, p. 1118 b 3, *τῶν δὲ ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ (καὶ . . ?) δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δὲ ἴδιοι καὶ ἐπιθετοι, conferenda cum Jambl. 205 εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιθυμιῶν τὰς μὲν ἐπικτήτους τε καὶ παρασκευαστάς, τὰς δὲ συμφύτους*. Hic niti possemus una voce ἐπιθετοι — si necesse esset. Nam cum κοιναὶ libidines illae et ἴδιοι inter se oppositae sint, certe non mente scriptoris excidit cui responderet ἐπιθετοι. Quod cum Scaliger sensisset, verissime secundum proxima οἰον ἢ μὲν τῆς τροφῆς φυσικὴ (cf. 1118 b 13) supplevit καὶ φυσικαί.<sup>1)</sup> Omnia nondum audivisti. Nam alterius quoque, Jambl. l. l., proxima sunt τὸ μὲν γὰρ κενωθέντος τοῦ σώματος τῆς τροφῆς ἐπιθυμεῖν φυσικὸν εἶναι κτέ. Cf. etiam § extr. cum 1118 b 15. Merito igitur Aristotelem ad Ἀποφάσεις adornandas contulisse Praechter Philol. 50,50 not. non praefracte negavit.

In aliam quaestionem transmissa sunt Eth. Nic. p. 1179 b 9 ss summa; similiter enim alter increpat in Stob. Flor. I 101, ubi et ipse τὸν ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον opponit τοῖς πολλοῖς qui τοῦ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδός οὐδὲ ἔνοιαν habere ab Aristotele iudicati erant.

E p. 1126 b 11 ss ἐν ταῖς ὁμιλίαις . . . ὅτι ἢ μέση

<sup>1)</sup> Supplementum mente faciendum esse, non scriptis verbis censeo propter Politic. p. 1254 b 27 βούλεται μὲν οὖν ἡ φύσις καὶ τὰ σώματα διαφέροντα ποιεῖν τὰ τῶν ἐλευθέρων καὶ τῶν δούλων τὰ μὲν ἡ σχυρὰ πρὸς τὴν ἀναγκαῖαν χρῆσιν, τὰ δὲ ὁρθὰ καὶ ἄχρηστα πρὸς τὰς τοιαύτας ἐργασίας ipsa quoque supplementis temptata frustra.

scil. ἔξεις ἐπαινετή, καθ' ἥν ἀποδέξεται ἡ δεῖ καὶ ὡς δεῖ,  
δμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ nonne elicere quamvis variatam  
licuit doctrinam Jambl. § 180 et 181? Nam quid aliud  
Aristoxeno est ὁ καιρὸς nisi quae primum κατὰ τὰς δμιλίας  
deinde ubicumque rerum valet μεσότης quaedam? idque  
conspirantibus Graecis animis facile omnibus, pro quibus  
testimonium dicat Plato, Graecissimus homo, Politic. p. 284 E  
(τέχνας) ἐπόσαι πρὸς τὸ μέτριον καὶ τὸ πρέπον καὶ τὸν καιρὸν  
καὶ τὸ δέον καὶ πάντα δότοσα εἰς τὸ μέσον ἀποφεύγη τῶν  
ἐσχάτων. Nondumne persuasi? Age, apponam Aristotelis  
verba paulo inferiora, ibid. v. 36 ss: διαφερόντως δ' δμιλήσει  
τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἡττον γνωρίμοις,  
δμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἐκάστοις ἀπονέμων  
τὸ πρέπον: cf. fragmenti § 180 exordium.

Tamen gaudeas de τύχῃ et καιρῷ sua sponte Aristoxenum  
proposuisse sibi peculiariter quaerere. Nihil sane quod  
compar sit reperias in Nicomacheis; sed similia sunt com-  
pluribus nominibus περὶ εὐτυχίας quae scripta sunt in Eudem.  
p. 1246 b 37 ss, in Magnis 1206 b 30 ss.

Plura fore quae compararentur sperassem ipse, nisi  
Ἀποφάσεων sapientia et trita esset plerumque oribus Graecis  
et in gravissimis tantum paucisque unoquoque loco rebus  
iudicandis versaretur. Quod quam longe abest ab Ethicorum  
Aristotelicorum quaestionibus propriis tamque severis quae  
latebrae difficultatum nullae fere lateant!

Intelleximus igitur cur non veteres tantum homines  
cum ingenium Aristoxeni celebrent mentionem faciant non  
Ἀποφάσεων, sed musicae artis et Vitarum Virorum. Ergone  
prioris ac fortasse infirmioris aetatis dices illas? Jambl.  
§ 129, Aristoxenei nisi omnia fallunt fragmenti, haec legantur  
verba perquam memorabilia: νόμους ἐφύλαττον καὶ πόλεις  
Ἴταλικὰς διώκησάν τινες, ἀποφαινόμενοι καὶ συμβούλευόντες  
τὰ ἄριστα ὡν ὑπελάμβανον. Si quis scripto vellet collecta  
sibi mente fingere τὰ ἄριστα illa ὡν ὑπελάμβανον, aptissime  
omnium liceret reminisci Ἀποφάσεων. Quare forsitan non  
temere iactum sit ἀποφαινόμενοι. Quod si recte coniectum

est, *Πυθαγόρον Bios* — istinc enim deceptos esse flores § 129 s supra demonstrabatur — posterior fuisse videtur Sententiis.

Singulare, quod quidem nos viderimus, inter Dicaearchi *Biov Ἑλλάδος* et Virorum Vitas medium quoddam fuit litterarum genus *Bios Πυθαγόρειος*, quo tamquam conspectum fere societatis nobilissimae factorum dictorumque oculis legentium praebebat liberaliter usus copia exemplorum. Quorum quamvis multa perierint, vix casu ea quae supersunt eo sunt nomine prorsus similia quod Pythagorae ipsius nunquam aut factum aut dictum affertur. Itaque quisquis eiusmodi silentio concors aliquid tribuere audebit, quae de scholae conditore comperta scriptor habuerit haec conicet peculiari eum libro antea comprehendisse. Huius igitur supplementum putandus est *Bios* ille *Πυθαγόρειος*, supplementum si conferre libros libeat etiam *Ἀπογάστεων*. Raro homines quod faciunt una moti causa faciunt. Licet et Aristotelis exemplum et disciplina commoverit discipulum, ut vitae Pythagoricae instituta scripto colligeret loco exemplorum, quibus doctrinae morali condendae posset tamquam hypomnematum materia spargi (cf. Leo, Gr.-Röm. Biogr. p. 95 ss): Pythagorei Aristoxeno propriae fuere curae.<sup>1)</sup> Celebrare eum voluisse viros ingenii sui nutritores totamque sectam Pythagoreorum diximus: addimus nunc scripsisse eum Sententias, ut quam ardua viri duxissent petenda, scripsisse Vitam Pythagoricam, ut exemplar illud formamque vitae ipsi quam egregie adepti essent quilibet audiret non sine certandi ardore. Igitur coniunxisse videtur Aristoxenus in his libris Aristotelis *Τεωρίαν καὶ ιστορίαν* et Pythagorum *πρᾶξιν*.

<sup>1)</sup> In libro quem *περὶ Πυθαγορείων* Aristoteles aut ipse composuit aut componere nescioquem discipulum iussit Pythagoras fabis abstinnisse ferebatur; cf. Diog. Laert. VIII 34. Rose Arist. pseud. p. 199. Contra quam famam quam alacriter Aristoxenus pugnaverit notum est e Gellii N. Att. IV 11, 4: *διὸ καὶ μάλιστα χέργηται αὐτῷ* (scil. τῷ κνάμῳ). Itaque suspicor illum librum Aristoxeneo fuisse vetustiorem.



Prolegomenorum loco haec accipi velim. Interim quid effectum sit colligam

## Tabula

### *Πνευματικῶν Ἀποφάσεων*

1. Homines deorum indigent custodia. Jambl. 174, 175 in.
2. De parentum et legum veneratione. Jambl. 175, 176.
3. De regentibus ac rectis. Stob. Flor. 43, 49 med.  
De docentibus et discentibus. J. 183.
4. Sua cuiusque aetatis esse officia. Stob. Flor. 43, 49.
5. Quomodo praeceptores sint audiendi. Jambl. 200.
6. Quid valeat bona institutio. Jambl. 201—203.
7. De fugienda voluptate. Jambl. 204—213. Stob. Flor.  
X 66 H.
8. Quae vera sit φιλοκαλία. Stob. Fl. I 101 H.
9. De artibus ac litteris. Stob. Flor. I 71 H.
10. De memoria exercenda. Jambl. 164 med.
11. De amicitia conservanda. Jambl. 230—233.
12. De opportunitate in commerciis omnibusque aliis in  
negotiis observanda. Jambl. 180—183.
13. De fortuna. Stob. Ecl. I 6, 18 W.

---

### *Biov Πνευματείον*

1. De cotidianis negotiis ac de victu Pythagoreorum.  
Jambl. 96—100.
  2. De tranquillitate animi. Jambl. 196—198.
  3. De amicitiis Pythagoreorum. Jambl. 234—236, (127).  
Diod. X 3, 5. Jambl. 239, 127, 128, 198.
  4. De studiis artium. Jambl. 163, 164, 110, 110, 114, 164  
(ἐτίμων), 165.
-



## Vita.

Natus sum Joannes Mewaldt Posnaniae a. d. III.  
Kal. Maias a. 1880 patre Julio, matre Amalia e gente  
Scheunemann. Fidei addictus sum evangelicae. Maturitatis  
testimonium patriae in gymnasio Friderico-Guilelmio quod  
Leuchtenbergeri, viri semper mihi unice colendi, auspiciis  
tum floruit feliciter adeptus vere a. 1899 Berolinum migravi  
philologiae operam daturus. Proseminarii philologi Dielesio  
et Wilamowitzio moderantibus per tres annos sodalis ordi-  
narius fui. Vahleni, cui quantum debeam semper memor  
ero, benevolentia in seminarium receptus tria semestria  
sodalitis extraordinarius fui, unum ordinarius. Aestate a.  
1903 ordo philosophorum commentationem qua Aristoxeni  
de Archyta Pythagoreisque libros restituere ausus eram  
praemio regio ornavit. Cuius commentationis particulam  
nonnullis locis suppletam deque Aristoxeni Pythagoricis  
Sententiis et Vita Pythagorica inscriptam nunc edidi.  
Examen rigorosum sustinui die XIX. mensis Maii. Do-  
cuerunt me viri doctissimi Diels, Heinze, Helm, Kalkmann,  
Kekulé de Stradonitz, Paulsen, Roediger, Roethe, Er. Schmidt,  
Stumpf, Vahlen, de Wilamowitz-Möllendorff. Exercitationibus  
ut interessem concesserunt Koehler et Hirschfeld historicis,  
Dessau epigraphicis, Schulze grammaticis, Heusler eddicis.  
Candidissimas omnibus his viris gratias ago, imprimis Dielesio  
et Wilamowitzio quorum praeclara de meis studiis merita  
pia mente nunquam non tenebo.









**THIS BOOK IS DUE ON THE LAST DATE  
STAMPED BELOW**

**AN INITIAL FINE OF 25 CENTS**

**WILL BE ASSESSED FOR FAILURE TO RETURN  
THIS BOOK ON THE DATE DUE. THE PENALTY  
WILL INCREASE TO 50 CENTS ON THE FOURTH  
DAY AND TO \$1.00 ON THE SEVENTH DAY  
OVERDUE.**

**NOV 4 1946**

**LD 21-100m-7,'40(6986s)**

YC 00342

140166

